


UNIVERSITY OF ST. MICHAEL'S COLLEGE



3 1761 04049 7851



348 8572227 25

IRISH TEXTS SOCIETY

CUMANN NA SGRÍBHEANN GAEDHILGE



VOL. XXIX

(1927)

1933



FOREWORD

The principle followed in editing these two texts has been to show the actual reading of the MSS. even where in some cases it has been found necessary to alter or emend, in order to give an intelligible meaning. In the matter of orthography, the inconsistencies of the scribe are shown as in the original text.

The appended glossary is brief simply because, the language in general being that in ordinary use, only occasionally have terms been used that require special elucidation. In certain obscure instances the equivalent found in the Latin MS. has been added, in order to show what the translator thought to be the Latin that corresponded to his Gaelic word.

Warmest thanks are due in the first instance to Dr. Robin Flower of the MSS. Dept. in the British Museum for pointing out the Latin and Irish manuscripts and for generously putting the resources of the Museum at my disposal : also to the friends who by their suggestions, corrections and reading of proofs, have rendered valuable assistance.

JOHN MACKECHNIE.

ADDENDA ET CORRIGENDA

- Page VII, line 22—Ms. *supero*, but read *impero* ?
" 1, " 21—insert " at end of the line.
" 21, " 33—for *mullatenus* read *nullatenus*.
" 26, note 1—for *φυλακῆς* read *φυλακῆς*.
" 40, note 4, 3rd line—insert , instead of : after *libro III Sent.*
" 49, line 29—Ms. *remittentur*, but read *remittuntur*.
" 115, " 34—for *nol* read *noli*.
" 130, note 1—insert ? at the end of the note.
" 140, line 1—for *chroidh* read *chroidhi*.
" 169, " 26—for *remittentur*, taken over from the L.T.,
read *remittuntur*.
" 202, " 25—for *teac-cosc* read *teaccosc*.
" 204, " 4—delete *agus*, the first word in the line.

INSTRUCTIO PIE VIVENDI

et

SUPERNA MEDITANDI.

VOL. I.

INSTRUCTIO
PIE VIVENDI
et
SUPERNA MEDITANDI.

EDITED AND TRANSLATED
INTO ENGLISH
WITH NOTES AND GLOSSARY
by REV. JOHN MacKECHNIE, M.A., B.D.

PUBLISHED FOR THE IRISH TEXTS SOCIETY,
By SIMPKIN, MARSHALL, LTD.,
STATIONERS' HALL COURT, LONDON, E.C.4.

PRINTED BY
JOHN ENGLISH & CO., WEXFORD.

(136b) Hoc opusculum in pluribus capitulis distinxi ut hec, que in diversis locis sunt posita, citius et facilius valeant reperiri. Tu ergo cum aliquid eorum que in ipso continentur
 5 volueris habere, capita capitulorum subscripta cum numero singulis apposito diligenter percurrere, et sic quicquid tibi placuerit velociter et facillime poteris invenire.

	De exteriori conversione	I
	De quadruplici pace	II
10	De dilectione inimicorum	III
	De quadrifaria locutione Dei	IIII
	De quadruplici visione	V
	De triplici obedientia	VI
	De visu	VII
15	De auditu	VIII
	De olfactu	IX
	De locacitate	X
	De non iudicando	XI
	De taciturnitate	XII
20	De gula	XIII
	De luxuria	XIIII
	De tactu	XV
	(137a) De habitu corporis	XVI
	De custodia cordis	XVII
25	De superbia	XVIII
	De vana gloria	XIX
	De invidia	XX
	De ambitione	XXI
	De avaricia	XXII
30	De ira	XXIII
	De odio	XXIIII
	De tristicia	XXV
	De acidia	XXVI
	De desperatione	XXVII
35	De blasfemia et de pefigurantibus Christum	XXVIII
	De prophetiis de Christo	XXIX
	De testibus Christi	XXX
	De verbis Christi	XXXI

	De operibus Christi	XXXII
	De esse Dei et tribus sectis	XXXIII
	De septem ecclesie sacramentis	XXXIII
	De purgatorio	XXXV
5	De resurrectione	XXXVI
	De die iudicii	XXXVII
	De penis inferni	XXXVIII
	De felicitate eterna	XXXIX ¹
	(137b) De assertionibus fidei	XL
10	De oratorio	XLI
	De claustro	XLII
	De capitulo	XLIII
	De refectorio	XLIII
	De dormitorio	XLV
15	De labore	XLVI
	De eundo in via	XLVII
	De infirmitorio	XLVIII
	De sanctis requirendis	XLIX
	De beata virgine et confessione	L
20	De sanctis angelis et passionibus Christi	LI
	De patriarchis et prophetis et ornatu virtutum	LII
	De apostolis et caritate	LIII
	De martiribus et paciencia	LIII
	De confessoribus et humanitate Christi	LV
25	De ebrietate spirituali	LVI
	De virginibus et essentia Dei	LVII
	De beneficiis divinis	LVIII
	De gratiarum actione et desiderio celestis glorie	LIX

¹ At the foot of this folio is the following :—Hic liber est sancti Victoris Parisiensis. Inveniens quis ei reddat amore Dei.

(I38a) PREFACIUNCULA SEQUENTIS OPERIS.

Quoniam in felici captione¹ Domini sum reclusus et adinvicem loqui non valemus, diligenter procuravi quomodo commodius et salubrius consolemur quam si corporaliter presentes essemus.

5 Si enim aliquando nos pariter adesse liceret, id rarius fieri oporteret, et forsitan brevius quam alter nostrorum optaret. Idcirco descripsi tibi hanc brevem sed si iudicas utilem instructionem pie vivendi et superna meditandi, per quam
10 loquar tibi : in qua diligenter si advertis, poteris invenire quomodo pacifice circumspecte et obedenter debeas vivere, mores tuos decenter informare et sensus tam exteriores quam interiores sapienter custodire, fidem catholicam firmiter tenere, et in
15 et omnes sanctos dignanter inquirere, essenciam divinam contemplari deliciose, de beneficiis tibi a Deo collatis gratiarum actiones incessanter referre et eternam felicitatem ardentem desiderare. Hiis ergo spiritualibus colloquiis ad plenum refecta, corporalem mei presentiam ulterius inquirere noli (I38b) quoniam
20 melius aut efficacius tibi nullatenus possum loqui quam sic, ut in amore tui dulcissimi sponsi Christi Iesu continue valeas renovari. Nunc ergo instanter supero tibi ut et tu factis ad hec respondeas michi, quoniam aut colloquium meum te plurimum desiderare multociens dixisti ut iam tandem satisfaciam
25 desiderio tuo, ecce presto sum et dicens tibi.

¹ Cf. Keating, *Three Shafts of Death*, Ed. Atkinson, 61¹².

Incipit Instructio Pie Vivendi et Superna Meditandi.

DE EXTERIORI CONVERSIONE.

CAPITULUM I.

5 “Audi¹ filia et vide et inclina aurem tuam et obliviscere
populum tuum et domum patris² tui, et concupiscet rex decorem
tuum.”³ Ad quod forsitan respondes et dicis, “factum est:
omnia hec plenarie adimplevi. Audivi enim salutaribus monitis
obtemperando, et ad bene agendum me preparando. Vidi
10 cuncta terrena vacua et caduca esse considerando, ea relinquendo,
religionem intrando, vestes et habitum commutando. Aurem
meam inclinavi obedientie et prelati me subiiciendo, denique
oblita sum populum meum et domum patris mei, patriam meam,
cognatos et parentes meos deserendo. Quid ergo iam restat,
15 nisi ut filia Dei fiam, et ipse, qui (139a) est rex regum, decorem
meum concupiscat?” Ad quod respondeo,⁴ “revera hec sunt
quedam signa et incia in te religionis et conversionis exterioris,
sed parum aut nichil prosunt, nisi mores et actus mutando
interius spiritualiter renovaveris, per quod rex Christus
angelorum, qui⁵ est speciosus forma pre filiis hominum, hunc⁶
20 veraciter preciosum decorem dignanter concupiscat, ac per hoc
in ipsius filiatione merito reputeris.

DE QUADRUPLICI PACE.

CAPITULUM II.

25 Igitur ut filia Dei nominari et esse merearis, oportet ut cum
quatuor, videlicet cum Deo, prelati, sodalibus tuis et tecum
pacifica inveniariis. Cum Deo utique, tribus modis pacem
reformas, videlicet peccata relinquendo et ad bona opera
viriliter assurgendo, et in ipsis vigilanter perseverando. Hinc
etenim psalmista ait, “declina a malo, et fac bonum: et inhabita
in seculum seculi,”⁷ scilicet in terra viventium, ad quam minime
30 pervenitur nisi bonorum operum meritis et perfectione virtutum.

¹ Cf. Heli Meidenhad. E.E.T.S. (1866) p. 3; Keating, Three Shafts, 97³.

² Ms. mei.

³ Ps. XLIV 11.

⁴ Bern. II Sermo in Capite Ieiunii. Migne P.L. CLXXXIII 172.

⁵ Ps. XLIV 3.

⁶ Aug. De Virg. § LIV. Migne, P.L. XL 428; Scala Claustr. § IX; Bernard, Serm. in Cant. II 2, Migne, P.L. CLXXXIII 790

⁷ Ps. xxxvi 27.

Hinc etiam dicit Ysayas, "quiescite agere perverse,¹ et discite benefacere,² et bona terre³ comedetis," scilicet in gloriosa mensa felicitatis eterne. Hinc rursus ait, "iniquitates (139b) nostre dividerunt inter nos et Deum nostrum, et peccata nostra absconderunt faciem eius a nobis."⁴ Ut ergo cum Christo pax perfecte reformetur, oportet ut cuncta vicia omnino relinquantur, et per veram condignamque penitentiam de medio penitus amoveantur atque in ipsa penitentia usque in finem devote perseveretur. Talibus modis reconciliatis pius Deus pacem gratanter offerens dicit, "pax vobis,"⁵ scilicet qui peccata reliquistis, per que velut excommunicati ab ipsa pace hactenus merito fuistis separati. "Pacem meam do vobis,"⁶ scilicet qui benefacere cepistis, per quam dulciter adiuti pacificato et tranquillo animo semper ad meliora indefesse proficiatis. "Pacem relinquo vobis,"⁷ scilicet qui in bonis actibus perfecti estis, per quam veram et eternam pacem celestis Ierusalem in fine sine fine possidebitis. Certe ecce apparet quomodo sancta anima cum Deo pacificatur, a quo peccata relinquenti pax in reconciliationem offertur, et benefacere incipienti in adiutorium confertur, et in bonis actibus perseveranti sine fine relinquitur. Ut igitur hac triplici pace feliciter valeas adimpleri, ab omnibus peccatis abstinere, et bonis operibus insistere, atque in ipsis usque in finem perseverare tibi placeat, ut tuo placeas creatori. Quod si feceris, cum Deo beata pace et tranquillitate (140a) mentis delectabiliter perfrueris. Cum prelati etiam tuis semper pacem habere studeas, quod quidem fiet, si de eorum factis, dictis, itineribus et ceteris hiis similibus non facile aut libenter audias loquentes, nec ipsa requiras, neque iudicia sive ordinationes ipsorum aliquatenus diiudices aut reprehendas. Similiter, si bene et sublimiter sentias de ipsis, et in omni subiectione, humilitate, obedientia et reverentia eis devote subiiciaris, ne si in aliquo in ipsis resistas, pacem tuam amittas et perturberis, atque Deo, a quo est omnis potestas, velut insipiens resistere

¹ Is. I 16.

² Is. I 17.

³ Is. I 19.

⁴ Is. LIX 2: pronouns altered from 2nd to 1st person.

⁵ Ioan. XX 19.

⁶ Ioan. XIV 27.

⁷ Ioan. XIV 27.

videaris : qui si quandoque in aliquo errare videntur, facile sunt excusandi, quia in pluribus et diversis rebus multipliciter sunt occupati. Similiter, si forte aliquociens videntur esse minus religiosi, noveris quod, sicut beatus Petrus ait, “ non tantum bonis et modestis, sed etiam discolis,”¹ id est indisciplinatis propter Deum debes obtemperare. Quod etiam si te non multum advocant, aut circa se ponunt, aut secum ducunt, sive in officiis non promovent, sive tale quid minime faciunt, nunquam propter hoc in aliquo contra ipsos movearis, sed multo magis diligas et honores, tanquam (140b) auctores et custodes tue pacis. Subiectus enim nunquam de prelato suo iuste vel merito conqueritur, si ab ipso in claustro positus sine aliquo officio quiete vivere permittatur : quia per hoc a quolibet vere religioso pax et tranquillitas animi secure acquiritur et delectabiliter possidetur. Veri namque religiosi non multum curant aut queritant, qui in officiis aut istis rebus terrenis implicentur, dummodo ipsi tanquam ignoti et inutiles, vel parum aut nichil scientes, ab omnibus exonerentur, ut sic dulcedinem pacis et tranquillitatem quietis securius et liberius amplectantur. Si autem hec sapis, aut nunquam gustasti, ut plenius percipias hos solícite studeas imitari. Cum sodalibus quoque tuis pacífica semper esse contende : quod quidem fiet si studes amari et amare, blandam et affabilem omnibus te exhibere, supportare non solum patienter, verum et libenter infirmitates sororum tuarum tam morum quam corporum : nullam etiam quamvis religiosam, irreligiosam, dissolutam, iracundam et immitem condempnes aut despicias, quia qualis sit in presentia Dei vel qualis erit in futuro ignoras. Esto similiter cunctis benigna, nemini blanda, paucis familiaris, omnibus equa, religiosas imitans, (141a) irreligiosas devitans, aliarum opera dissimulans et tua districte diiudicans, et quantum in te est, cum omnibus hominibus, si fieri potest, pacem conservans, dicendo cum psalmista, “ cum hiis qui oderunt pacem eram pacificus : cum loquebar illis, impugnabant me gratis,”² id est sine causa. Quod si forte a familiaritate aliquarum carissimarum tuarum pro aliqua rationabili causa vel vicio tibi in ipsa displicenti quandoque velis separari, cave ne unquam irascendo vel dure

¹ 1 Pet. II 18.

² Ps. CXIX 7.

loquendo id fiat, ne contra te in rancorem aut odium excitetur per que tam tua quam ipsius pax¹ possit perturbari, sed caute hoc facias, cuncta dissimulando, et paulatim te ab ea prudenter abstrahendo, ut sic pax, sine qua nemo Deum videbit,² utrobique
 5 illesa valeat conservari. Nunquam etiam sic in alicuius dilectionem tui cordis affectionem infundas, quia si se a te subtrahit, vel tu a tali subtraharis, propter hoc pacem tuam amittas. Hoc autem fiet si in dilectione tua nichil aliud unquam
 10 quam Deum requiras, quem si ubi eum inesse sperabas minime deprehendis, ad ipsum, qui est pax vera, pie revertere, pacem minime habentibus pacifice relictis. Si autem hoc facis cum aliis sociabiliter et in pace conversaris (141b). Similiter pacem tecum habere studeas, quod quidem fiet si paupertatem et abiecti-
 15 onem veraciter diligas. Si enim altera harum defuerit, nunquam perfectam pacem habebis: quas etiam si habes et non diligis, eodem modo pace privaris. Non enim paupertas³ aut vilitas, sed amor earum pacem generat, nutrit et conservat, propter quod cum angustiam paupertatis et abiecti-
 20 onem vilitatis sentis, non concidat facies tua, aut in aliquo contristeris, sed eas tanquam amicas et autrices pacis gratanter et letanter amplectaris. Quoniam si de paupertate murmuras vel contristar-
 25 is, et de abiecti- onem doles aut indignaris, utrobique pacem cordis et tranquillitatem amittis. Certa ergo esto quia si pacem unquam alibi quesieris quantumcunque labores, nusquam
 30 invenies hiis duobus neglectis. Sed tu dicis forte, "si paupertates et necessitates maximas in victu, vestitu et aliis pluribus rebus multociens patior, si abiecti- onem et vilitates eo quod in officiis non promoveor, ad consilia non vocor, et in pluribus aliis rebus pro minimo ducor, velim nolim, et tanquam
 35 ex necessitate sustinere cogor, quid, inquam, michi prodest, si hec pacifice supporto cum emendare non valeo?" Ad quod respondeo, "secura fias et nunquam verearis, quoniam in hiis magnum (142a) meritum et mercedem eternam acquiris: cum enim necessitati pacificam adhibes voluntatem, procul dubio facis ex necessitate virtutem."⁴ Coram quoque prelati- bus vel te

¹ Ms. omits pax.

² Ad Heb. XII¹⁴.

³ Bern. Epist. c., Migne, P.L. CLXXXII²³⁵

⁴ Quint. Declam. IV¹⁰: Hier. ad Ruf. III², Epist. LIV⁶: Chaucer, *Knights Tale* 3042, *Squieres Tale* 593, *Troilus and Criseyde* IV¹⁵⁸⁶: cf. *Vita Malachi*, ed. Lawlor p. 22.

sapientioribus magnum quid aut multum nunquam¹ presumas loqui, sed magis auscultando pacem tuam custodi, ne forte proferas tacenda et capiaris laqueo oris tui²: qui³ enim, sicut vulgo dicitur, de omnibus scilicet non dicendis tacet, de omnibus pacem habet. Ut etiam in pace semper possis esse perfecta, omnino cave ne unquam sis suspiciosa, nec aliquando dubia vel manifeste bona in deteriorem partem pervertas, verum etiam aperte mala, si unquam potes excusa, aut in meliorem partem convertas, alioquin quiete pacis procul dubio te privas. Alicuius etiam nominis nunquam esse velis aut videri, sed iuxta consilium beati Bernardi semper "ama nesciri."⁴ O verbum breve sed dulce et gloriosum, semper in corde et frequenter in ore cuiuslicet religiosi merito revolvendum! Notandum quod non dicit, "nesciaris," sed "ama nesciri," quia revera totum bonum et dulcedo pacis ac tranquillitas solummodo in amore velle nesciri veraciter consistit. Si autem hunc amorem tam preciosum sollicite habere studueris, nunquam de aliqua qualicunque (I.42b) paupertate, sive abiectioe conquereris, sed eas tanquam amorem pacis et pacem amoris in se continentes, iocunde ac delectabiliter amplecteris: quod si feceris, filia Dei esse mereberis et nominari. Beati enim pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.⁵

DE DILECTIONE INIMICORUM.

CAPITULUM III.

Ut etiam dilecta Dei filia merito esse inveniaris, inimicos tuos propter multas rationes et specialiter propter quinque diligere teneris. Primo: scilicet ut Deus tibi dimittat tua peccata, quod quidem faciet si tu dimiseris aliena: ergo dimitte prudenter homini parum quod in te commisit, ut tibi Deus dimittat multum, quod sepius contra eum deliquisti. Ipse enim dicit, "si dimiseritis hominibus peccata eorum, et pater meus celestis dimittet vobis peccata vestra."⁶ Ecce brevis et non gravis penitencia, et cuilibet cilicia, ieiunia, disciplinas, labores et cetera talia sustinere non valenti valde compendiosa! Hanc complectere et secure vives, quia si inimicum non amando

¹ Ms. aut nunquam.² Prov. vi 2.³ Ms. quid.⁴ Bern. in Nativ. Domini Sermo iv. Imitat. Christi I § II³.

Migne, P.L. CLXXXIII 123: de

⁵ Matt. v⁹.⁶ Matt. vi 14.

etiam predicta faceres nichil proficeres. Secundo: ut secure dicere possis, "dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris."¹ Si ergo digne vis orare, nullam per te vel per (143a) alium habeas nocendi voluntatem, nec aliquem in corde rancorem, ne merito tibi sapientem audias improperantem, "homo homini servat iram, et a Deo querit medelam."² Si enim prudenter consideras quid feceris Deo, nunquam profecto attendes quid tibi faciat homo. Dura forte et gravia hec tibi videntur, sed amabilia esse debent et dulcia, quia per ea multo duriora et graviora tibi dimittuntur. Tercio: ut inimicos et malefactores tuos ad bene faciendum provoces ceteros diligendo. Hinc apostolus ait, "si esurierit inimicus tuus, ciba illum, et si sitit potum da illi; hec enim faciens carbones ignis congeres super caput eius."³ id est ad caritatem habendam tuis operibus accendetur, et "noli vinci a malo, sed vince in bono malum."⁴ Nobile enim vincendi genus est patientia: vincit qui patitur. Si vis vincere, disce pati. Tu ergo accepta iniuria, non continue more secularis obliqua referire responsione festines, sed neque sub specie quasi corripienti verbo acuto transfigere audeas animam pro qua Christus dignatus est cruci affigi. Non grunire debes quasi increpando, non labiis musitare quasi murmurando, non narem trahere aut cachi—(143b)—nare quasi subsannando, non frontem rugare quasi invehendo aut comminando, sed commotio tua ibi moriatur ubi oritur. Quarto: quia tales viam vite tibi preparant. Amici enim et benefactores tui cum tibi ex amore benefaciunt, meritum, quod ex indigentia haberes, si deesset qui tibi beneficeret, tibi ministrando necessaria sibi quodam modo ascribunt. Quid enim lucraris cum alius tibi tuam voluntatem facit? Inimici vero cum tibi mala faciunt, scilicet irridendo, detrahendo, iniuriando, si paciens fueris, velint nolint tibi prosunt, nam cum occasionem habendi pacienciam donant, salutem eternam anime aministrant. Hinc Dominus ait, "in paciencia vestra possidebitis animas vestras."⁵ Sicut enim lima rubiginem a ferro, et lescivia maculas a panno, et sicut

¹ Matt. vi 12.

² Ecclus. xxviii 3.

³ Ad Rom. xii 20.

⁴ Ad Rom. xii 31.

⁵ Luc. xxi 19.

virga pravos mores aufert a discipulo, sic inimici et malefactores suis conviciis et iniquitatibus purgant et emundant si quid maculosum est in patienti religioso, et sicut discipulus merito virge non irascitur, sed eam aliquociens iussu magistri osculatur, sic inimicus nullatenus est odiendus, sed iussu summi magistri Iesu Christi velut spiritualis adiutor in osculo pacis est diligendus, (144a) unde est illud "diligite inimicos vestros et benefacite hiis qui oderunt vos etc."¹ Si enim amici, qui victum, vestitum et cetera necessaria corpori voluntarie preparant, non immerito sunt diligendi, quomodo putas inimici et malefactores, qui patientiam et cetera spiritalia carismata ad salutem anime spectantia sedule aministrant, toto cordis affectu sunt amplectendi? Felix es si hec intelligis, quoniam ab omnibus inimicorum persecutionibus illesa pacifice requiescis. Quinto: quia per hec similis Deo efficeris, qui dicit, "si diligitis amicos vestros tantum, quid amplius facietis? Nonne ethnici et publicani hoc faciunt?"² Ac si dicat, qui diligentes se tantum diligunt, debitum quod accepisse videntur, reddunt, aut per hoc meritum nullum aut minimum acquirunt, sed ethnicis, id est paganis similes existunt. Qui vero cum amicis diligunt et inimicos Deo assimilantur, "qui solem suum oriri facit super bonos et malos, et pluit super iustos et iniustos."³ Certe vides quantum prodest amici in Deum et inimici propter Deum dilectio, per quam assimilatur Deo.⁴ Nulla enim est comparatio Deo assimilari et pagano, propter quod noli tantummodo diligere amicum ne similis ethnico efficiaris, sed cum amico dilige inimicum (144b) ut Deo assimileris, et eius filia dici et esse merearis. Ipse enim dicit, "diligite inimicos vestros etc. ut sitis filii patris vestri, qui est in celis."⁵ Si ergo talis es, aut esse desideras, tanquam filia diligenter audi patrem tuum celestem multis modis electis suis loquentem.

DE QUADRIFARIA LOCUTIONE DEI.

CAPITULUM IIII.

Loquitur autem Deus quatuor modis, scilicet per flagella, per prelatos, per predicatores et sanctas scripturas et per

¹ Matt. v 44.

² Matt. v 46, 47.

³ Matt. v 45.

⁴ Aug. Ennar. in Psalm. xcix § v, Migne, P.L. xxxvii 1274: Tract. de Statu Virtutum, Migne, P.L. clxxxiv 809.

⁵ Matt. v 44.

inspirationes internas. Per flagella vero loquitur cum ad-
 versitates, tribulationes, angustias et infirmitates, tanquam
 veridicos nuncios immittit, annunciantes hanc vitam tot
 5 miseriis et doloribus repletam non immerito esse contempnendam,
 et eternam omnibus bonis et felicitatibus refertam tota mentis
 intentione desiderandam. Hec ergo semper in gratiarum
 actione et libenti animo sustine, et Domino per ista tibi loquenti
 cum beato Iob pacienter et dulciter responde, "auditu auris
 10 audi vi te.¹ Ideo me reprehendo et ago penitenciam in favilla
 et cinere," id est in tribulationum et infirmitatum austeritate.
 Nunquam ergo per hec te putes a Deo despici, sed multo (145a)
 spiritualius amari. Ipse enim ait, "ego quos amo arguo et
 castigo."² Et Sapiens, "fili noli negligere disciplinam Domini:
 15 neque fatigeris cum ab eo argueris,"³ "quem enim Dominus
 diligit corripit,⁴ flagellat autem omnem filium quem recipit"³;
 ergo quanto plus quis hic flagellis atteritur tanto magis a Deo
 amari videtur. Per prelatos etiam et proximos loquitur admon-
 endo, obsecrando, increpando, corripiendo et suo exemplo ad
 20 bene vivendum provocando: quibus libenter acquiescas humiliter
 et devote obediendo, dicente Domino, "qui vos audit, me
 audit,"⁵ et psalmista, "corripiet me iustus in misericordia, et
 increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput
 25 meum,"⁶ id est adulatio decipiens et in errorem stultos inducens
 non letificabit inaniter mentem meam, nec blandiendo subvertet
 opus bene inceptum. Per predicatores etiam et sanctas
 scripturas seu locuciones loquitur exhortando, instruendo,
 edocendo et demonstrando quomodo vicia et mala sunt
 cognoscenda et cavenda, quomodo etiam bona opera sunt
 30 facienda, et quomodo virtutes acquirende sunt et multiplicande,
 orationes etiam et meditationes sancte diligende et frequentande,
 quibus aures cordis diligenter accommoda (145b) et non
 transitorie vel negligenter aut obliviose ausculta, sed studiose et
 devote memorie recommenda: "qui enim est ex Deo, verba

¹ Iob XLII 5.

² Apoc. III 19.

³ Ad Heb. XII 5,6, quoting Prov. III 11.

⁴ Prov. III 12.

⁵ Luc. X 16.

⁶ Psalm. CXL 5: Ancren Riwle, Camden Soc. ed. p. 257.

Dei audit,"¹ et non autem solummodo auditu exteriori, sed magis interiori, per quod ea que audit opere adimplendo custodit, "beati enim qui audiunt verbum Dei et custodiunt illud."² Per seipsum etiam loquitur Deus anime sancte suam voluntatem
 5 inspirando, et dulcedinem amoris sui infundendo, ad terrena contempnenda et celestia desideranda provocando, et etiam ad sui ipsius visionem et ineffabilem fruitionem accendendo, unde ei per Osee prophetam promittit dicens, "lactabo eam et ducam in solitudinem et loquar ad cor eius."³ Tu vero si unquam hoc
 10 lacte dulcissime consolationis ipsius refecta fuisti, et delectabilem vocem eius audisti, magis ac magis ad iterum audiendum aures cordis accommoda, dicens cum propheta, "audiam quid loquatur in me Dominus Deus: quoniam loquetur pacem."⁴ Indicia ergo adventus et locutionis Dei sunt pax et tranquillitas in
 15 mente audientis. Si hiis modis audis solícite Dominum loquentem, dicitur tibi non solum audi,⁵ sed etiam vide.

DE QUADRUPLICI VISIONE.⁶

CAPITULUM V.

(146a) Vide ad orientem, ad occidentem, ad aquilonem et ad meridiem. Ad orientem scilicet considerando nativitatem tuam,
 20 quam vilis et quam plena miseriis, doloribus, infirmitatibus, necessitatibus, angustiis et aliis variis incommodis in hunc mundum intrasti. Quid enim est in corpore tuo tam amabile aut pulcrum, si pellicula qua tegitur modice amoveatur, aut illud a corpore separetur, non statim fiat odibile et turpissimum?
 25 Quid namque de oculis, de naribus, de auribus, de ore, de capillis, de unguibus, de manibus, de pedibus et de toto corpore aliud egreditur quam putredo et fetor, que omnia sunt materia et occasio humiliandi, propter quod propheta dicit, "humiliatio tua in medio tui est, Israel."⁷ Unde ergo superbis terra et
 30 cinis? Si sic pulverem et in pulverem reversuram te esse agnoscis, et temetipsam intra temetipsam metieris superbiendo aut aliud quam es de te ipsa iactando vel estimando mensuram

¹ Ioan. VIII 47.² Luc. XI 28.³ Osee II 14.⁴ Psalm. LXXXIV 9.⁵ Psalm. XLIV 11.⁶ Medit. de Hum. Cond. Migne, P.L. CLXXXIV 494.⁷ Mich. VI 14.

tue fragilitatis egressa non fueris, sed vilitatem tue conditionis
 intente oculis cordis aspexeris et iugiter in vera humilitate te
 teneris, de luto et sterquilinio tuo preciosissimum aurum facis,
 aurum inquam delectabile (146b) et gloriosum, atque angelicis
 5 manibus in celesti thesauro deportandum et recondendum.
 Hoc itaque diligenter intelligendo humiliare sub potenti manu
 Dei, ut te exaltet in die visitationis, quia omnis qui humiliatus
 fuerit, erit in gloria.¹ Ad occidentem etiam vide, considerando
 sollicite finem tuum, qualis tunc es futura, quam horribilis, quam
 10 pallida cum oculi claudentur, et aures auditu privabuntur, et
 nares retrahentur, os, lingua, guttur suis officiis destituentur.
 Manus non palpabunt, pedes non ambulabunt, denique totum
 corpus, velut truncus emortuus et cadaver fetens et putridum
 ab omnibus caris proximis et notis relinquitur, et subtus terram,
 15 ne ipsum aer eo corrumpatur, citissime abscondetur atque
 devorandum vermibus proiicietur. Si hec intento oculo cordis
 instanter considerare volueris, ab omnibus peccatis et terrenis
 ac temporalibus rebus de facile abstinebis. Ad aquilonem
 quoque vide, penas inferni assidue considerando, luctum eternum,
 20 tenebras densissimas, frigus intolerabile, atroces vultus demonum,
 bestias et serpentes incessanter corro dentes, vermem non
 morientem,² ignem non extinguentem et cetera inenarrabilia
 tormenta sine inter-(147a)-missione meditando. Ibi³ enim
 erit mors sine morte, finis sine fine. Ibi nec qui torquet fatigatur,
 25 nec qui torquetur moritur. Ibi desiderabunt mori dampnati,
 et fugiet mors ab eis.⁴ Ibi erit luctus et fletus intolerabilis et
 stridor dentium⁵ amarissimus et inenarrabilis. Time et con-
 tremisce semper talia, et quantiscunque virtutibus et gratiis
 replearis, nunquam segura esto. Si enim aliquem gratiam
 30 accepisti, time ne indigne opereris ex ea, sed si subtracta fuerit, time
 tanquam mox casura: si vero denuo redierit, time ne iterum perdas
 et deterius contingat⁶ tibi. Felix es si hoc triplici timore fueris
 repleta, quia nunquam de te presumes, sed semper eris in timore
 perfecta, et beatus homo qui semper est pavidus. Qui autem

¹ Luc. xiv 11.

² Is. LXVI 24.

³ Cf. § XXXVIII: Greg. Moral. IX § 100. Migne, P.L. LXXV 915.

⁴ Apoc. IX 6.

⁵ Matt. VII 12 et al.

⁶ Ioan. v 14.

mentis est dure corruet in malum,¹ id est per superbiam in inferni profundum. Ad meridiem similiter vide, eternam claritatem et celestia gaudia considerando, que pax, que tranquillitas, que securitas, que leticia sit sanctis et electis Dei
 5 sedula mente revolvendo. Que si diligenti oculo cordis prospexeris, puto quod ad ea tota mentis intentione aspirabis dicens, “quam dilecta tabernacula tua (I47b) Domine virtutum, concupiscit et deficit² anima mea in atria Domini,”³ et “quam magna multitudo dulcedinis tue, Domine, quam abscondisti
 10 timentibus te,”⁴ et “quando veniam et apparebo ante faciem Domini?”⁵ Si hec ita meditando desiderare incepisti, nunquam de duris laboribus, nunquam de nimis ieiuniis, de gravitate silencii, de diuturnis vigiliis sive de ceteris regularibus observanciis velut conquerendo affligeris, sed ea pro minimo
 15 respectu illius summe regule reputabis. Legitur⁶ enim quod Iacob pro Rachel septem annis servivit, et videbantur illi dies pauci pre amoris magnitudine. O si illi parum aut nichil videbatur quicquid die ac nocte in frigore vel ardore sustinebat pro corruptibili muliere, quomodo non magis⁷ sustineri
 20 omnia debent quecumque possunt excogitari adversa et gravia pro adipiscenda illa gloria claritatis eterne? Defleant tempus et suos dies perversi et peccatores quod male vivendo consumunt, quia quanto plus vivunt, tanto maiorem dampnationem sibi acquirunt. Iusti vero et penitentes gaudeant et letentur pro
 25 tempore et diebus quibus hic humiliando, bene vivendo, penitentiam agendo et cetera incom-(I48a)-moda pie sustinendo affliguntur, quia quanto plus dies et eorum anni protelantur et multiplicantur, tanto magis merces et gloria eorum augetur et cumulatur, ad quam cum in fine pervenient gaudentes
 30 et exultantes dicent, “letati sumus pro diebus quibus nos humiliasti, annis quibus vidimus mala,”⁸ et “transiet dolor et gemitus et venient in Syon gaudentes et leticia sempiterna super capita eorum.”⁹ O si hec fideliter considerare volueris,

¹ Prov. xxviii 14.

² Ms. deficit.

³ Psalm. lxxxiii 1, 2.

⁴ Psalm xxx 20.

⁵ Psalm xli 3.

⁶ Gen. xxix 20.

⁷ Ms. adds non.

⁹ Ps. lxxxix 15.

⁸ Is. li 11, xxxv 10.

nunquam de duris laboribus, sive de longo tempore, quamvis multis diebus vixeris, cor tuum contristabitur, quia nullus labor durus, nullum tempus longum et nulli dies, quamvis longissimi multi debent videri, quibus gloria eterne felicitatis acquiratur.

- 5 Felix es si ex hiis quatuor tibi crucem componas, in qua immobiliter affixa intento oculo cordis semper ista consideres, ut per ea te ab omnibus viciis illibatam custodias, ponendo scilicet inferius orientem, id est nativitatem tuam te veraciter humiliando, a dextris occidentem, id est tuum finem cuncta despiciendo, a
10 sinistris aquilonem, id est penas inferni eas sine intermissione pertimescendo, et superius meridiem, id est gloriam eternam eam toto cordis affectu desiderando. (148b) In hac cruce secure requiesce, huic firmiter te confige, quia quacun- que parte
15 versa fueris, semper prospicies unde merito edificeris, propter quod ardenti animo dicere poteris Domino, “ confige timore tuo carnes meas: a iudiciis enim tuis timui.”¹ Si sic vivendo oculos cordis aperueris, non solummodo dicetur tibi, “ vide,”² sed etiam, “ inclina aurem tuam ”² scilicet obedientie.

DE TRIPLICI OBEDIENTIA.

CAPITULUM VI.

- 20 Inclina ergo aurem tuam,² scilicet ad veram obedientiam, non ad falcem decipientem, id est non ad oculum obediendo, tanquam hominibus placendo, neque inter illud vel illud preceptum discernendo, aut quid, quare, aut quomodo precipiatur
25 discutiendo, sive precipientem dedigneriter contempnendo: non etiam tepide, non tarde, non pigre, non invite, non murmurando, sive contradicendo, vel dedigneriter id quod precipitur faciendo, quia pro tali obedientia nulla sequitur merces aut retributio, sed pena eterna, si non sequatur condigna satisfactio. Tu vero
30 ad omnia que tibi imperantur semper esto parata, et prelati- bus tuis tanquam Deo humiliter et benigne, dulciter et studiose, hilariter et voluntarie, festinanter et attente, (149a) reverenter et devote obedire procura. Ipse enim dicit, “ qui vos audit, me audit, et qui vos spernit, me spernit ”³ et “ in auditu auris obedivit michi,”⁴ id est quam cito audivit tam cito et absque

¹ Ps. cxviii 120.

² Ps. xlv 11.

³ Luc. x 16.

⁴ Ps. xvii 45.

5 ulla mora adimplere procuravit. Omnimode autem cavendum
 est, ne unquam ad aliquod officium aut honorem ascendatur
 adulando, sanctitatem mentiendo, gratiam blandiciis acquirendo,
 donis et promissionibus decipiendo, fictis sermonibus corda
 10 simplicium attrahendo, delinquentes non reprehendendo, ad
 oculum omnibus serviendo, cunctis se affabilem et gratiosum
 fallaciter exhibendo, vel quocunque alio modo per se vel per
 alium procurando aut aspirando, sed solummodo pura obedientia
 cogente et superioris imperio; que cum adepta fuerint non
 15 tanquam dominando aut pro ratione voluntatem faciendo, sive
 consolationes et proprium commodum requirendo exercentur,¹
 sed communi utilitati et necessitati singulorum atque saluti
 animarum solícite vigiletur, alioquin fructus et meritum
 obedientie merito amittetur. Obedientia enim que in prosperis
 20 aliquid de proprio habet, obedientia dicenda non est, sed si
 etiam duo aut plura tibi eligenda proponuntur, ut unum ex
 hiis quod malueris accipias, cave omnino ne unquam (149b) id
 facere presumas, nec propriam voluntatem iterum recipias quam
 semel reliquisti, sed totum relinquant voluntati et arbitrio
 25 superioris, quoniam non clare videntibus sed cecis,² id est bonum
 obedientie minime attendentibus a prelatís quandoque dicitur,
 "quid vultis ut faciamus vobis?"³ Tu autem non sic, sed
 dic, "Domina⁴ quid me vis facere?"⁵ "Paratum cor meum,
 paratum cor meum,⁶ paratum non tantum ad istud vel ad
 30 illud, sed etiam ad omne preceptum, non tamen secundum
 meum, sed secundum tuum arbitrium."⁷ Nichil enim tam
 perversum est omni moniali quam propria voluntas dicente
 beato Bernardo, "nichil ardebit in inferno, nisi propria voluntas.
 Tolle propriam voluntatem, et infernus non erit."⁸ Propria⁹
 autem voluntas est que cum Deo aut proximo communis non
 est, que etiam etsi per se ipsam aliunde bona esse videtur tamen

¹ Ms. exercentur.

² Bern. de Conv. S. Pauli I § 6. Migne, P.L. CLXXXIII 363.

³ Matt. xx 32.

⁴ or read Domine?

⁵ Act. ix 6.

⁶ Ps. lvi 8.

⁷ Bern. in Quadrag. Sermo II § 5. Migne, P.L. CLXXXIII 174.

⁸ Bern. in Temp. Resur. Sermo III. Migne, P.L. CLXXXIII 290.

⁹ Bern. in Temp. Resur. Sermo III. Migne, P.L. CLXXXIII 289.

melior est cum per obedientiam ei voluntas superioris copulatur, ideoque orationes sive servicia que pro vivis et defunctis seu etiam ea que tibi in confessione vel in capitulo pro peccatis tuis iniunguntur, semper libentius et alacrius dicas quam ea que prius
 5 ex tua sola licet bona voluntate dicebas. "Melior enim est obedientia quam victimæ et auscultare magis quam offerre adipem arietum,"¹ (150a) hoc est melius obedire, et hiis, que iniunguntur, devote aurem cordis tuam inclinare, quam ex sola voluntate multorum operum devotionem Deo immolare.
 10 Quoniam plus est duas voluntates quam unam adimplere, quod sicut dictum est invenitur in bono obedientie que licet prelati maxime debeaturo miro quo modo plus placet cum inferioribus exhibetur. Magna namque humilitas est superioribus obedire, maior equalibus deferre et maxima se minoribus inclinare:²
 15 quod etiam Christus relinquens omnibus exemplum perfecte adimplevit, "factus obediens patri usque ad mortem et mortem crucis."³ Qui etiam cum Maria et Ioseph Nazareth descendit et erat subditus illis,⁴ denique ut omnem iusticiam impleret manibus se Iohannis baptisandum inclinavit.⁵ Ut ergo exemplo
 20 ipsius omnem obedientie iusticiam adimpleas, "vade et tu fac similiter."⁶ Subde te itaque superioribus, defer equalibus et minoribus te inclinato. Si ergo ita obedientie aurem cordis inclinaveris, ut nichil tibi desit, obliviscere populum tuum et domum patris tui,⁷ quod quidem fiet si mores et actus atque
 25 sensus carnales, in quibus nata et nutrita es, obliviscaris, spiritaliter etiam ea commutando, atque ab exterioribus viciis (150b) solícite te custodiendo, intus in anima veraciter renoveris. Ut ergo sensus corporis perfecte custodiantur, necesse est ut cor prius solícite conservetur propter quod Sapiens consulit
 30 dicens, "omni custodia custodi cor tuum, quoniam ex ipso vita procedit,"⁸ id est in omnium sensuum custodia solícita vera custodia cordis consistit.

¹ 1 Reg. xv 22.

² Dion. Div. Nom. iv 12, 13.

³ Ad Phil. II 8.

⁴ Luc. II 51.

⁵ Matt. III 15.

⁶ Luc. x 37.

⁷ Ps. XLIV 11.

⁸ Prov. IV 23.

DE VISU.¹

CAPITULUM VII.

Custodiendi sunt itaque oculi ne sint sublimes, elati et vagi, curiosi, circumspecti, furibundi, nutantes, instabiles, risibiles, circumquaque discurrerentes, fallaces, atroces et mobiles. Tales
 5 enim sepius animam depredantur et per eos miserum cor infinitis et variis cogitationibus repletur et coinquinatur, unde est illud, "oculus meus depredatus est animam meam,"² et sicut impudicus oculus impudici cordis est nuncius³, sic vacui cordis est vagus, instabilis, mobilis et elatus, propter quod sint
 10 simplices, humiles, pii, severi, circumspecti, maturi, disciplinati, et in terra semper defixi. Neminem ergo in faciem, vel alibi, sive aliud quid carnale, unde cor possit coinquinari defixo oculo intuearis, quia non licet intueri quod non licet concupisci. Et Iob, "pepigi fedus cum oculis meis ne cogitarem (151a) quidem de virgine."⁴ Sic nec tu de viro que sponsa Christi debes esse. Et "si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit,"⁵ id est tenebris et perturbationibus cogitationum et plurimarum temptationum carebit. Nulli etiam ridentibus aut nutantibus oculis loquaris, et neminem torvis intuearis.
 20 Picturas quoque, diversos colores, flores, virentia et cetera huiusmodi labentia non curiose aspexeris, per que a consideratione pulcritudinis eterne quandoque abstraharis, quoniam illa isti comparata nullius valoris sunt aut decoris: similiter qui cum publicano de peccatis suis semper se reum esse attendit,
 25 oculos ad celum levare non audet,⁶ sed se humiliando continue in terram defigit. Vera enim indicia humilis cordis notantur simplici oculo terram assidue conspicienti.

DE AUDITU.

CAPITULUM VIII.

Custodiende etiam sunt aures ne sint porrecte, suspense,
 30 patentes et ad omnem sermonem se libenter inclinantes. Neque attente audiant fabulas, novitates, scurrilitates, ociositates, garrulitates, nugacitates, detractiones, murmurationes et perversas colloctiones, quoniam voluntarii auditores ad talia dicenda provocant obloquentes, unde beatus Ieronimus, "si non

¹ This chapter is erroneously omitted from the Irish; the title De Visu is given, but it is followed by the material proper to § VIII.

² Thren. III 51.

³ Aug. Epist. Class III, ccxi¹⁰, Migne, P.L. xxxiii⁹⁶¹.

⁴ Job, xxxi 1.

⁵ Matt. vi²².

⁶ Luc. xviii 13.

esset (151b) auditor, non esset detractor."¹ Si ergo in nobis
 hec diligentia esset ne obtrectatoribus facile crederemus, iam
 omnes detrahere timerent, ne non tam alios quam se ipsos
 detrahendo viles facerent. Et etiam nichil tam inquietat
 5 animam, nichil est quod ita mobilem mentem ac levem faciat
 quam facile totum credere et obtrectatorum verba temerario
 mentis assensu sequi. Et beatus Bernardus, "detrahere aut
 detrahentem audire, quid horum dampnabilius sit, non facile
 10 dixerim."² Tu vero sanctimonialis, que sponsam Christi te
 esse agnoscis, cui aures tuas devote consecrasti, tales linguas
 tanquam venenum mortiferum et gladios bis acutos letaliter
 vulnerantes solícite et studiose devita, blandos quoque et dulces
 sermones pias mentes dolose subvertentes, atque ineptas fabulas³
 15 et omnia nova assidue fuga, et semper sis quieta, unde Sapiens
 ait, "sepi aures tuas spinis, ne audiant linguam nequam,"⁴ hoc
 est circumda cor tuum compunctione timoris Dei, ne ipsum
 transfigat gladius triceps eternaliter mortificans et letitia
 sempiterna privans. "Cor enim," inquit "quod novit
 20 amaritudinem anime sue, in gaudio eius non miscebitur
 extraneus,"⁵ id est detractor murmurans a gaudio felicitatis
 eterne alienus. Ne sis etiam sicut arundo vento cuiuslibet
 (152a) sermonis agitata ad laudes scilicet et adulationes, tanquam
 ad gratias referendas te hilariter inclinando parata, ad vituperationes
 25 vero contumelias, derogationes et hiis similia quasi ad
 vicem reddendam te iracunde reflectendo promptissima. Non
 tuas aures similiter plus demulceat suavis melodia cantus quam
 illud quod cantatur, quia beatus Augustinus ait, "quociens plus
 me delectat cantus quam illud quod cantatur, tociens me
 30 peccasse penaliter confiteor."⁶ Quod si hoc est delictum, quale
 est illud cum ad audiendum liras, cytharas, fistulas, tubas,
 musas, simphonias, tympana, psalteria, cymbala, organa,
 cantilenas vanas et cetera similia hiis aures leviter inclinantur?
 Tu autem si ad ineffabiles angelicos concentus et omnimoda
 modulatione ac delectatione plena sanctorum laudes aspiras,

¹ Hier. Epist. LI. § XIV. Migne, P.L. XXII 538.

² Bern. de Consid. II § 13. Migne, P.L. CLXXXII 757.

³ I ad Tim. IV 7.

⁴ Ecclus. XXVIII 28.

⁵ Prov. XIV 10.

⁶ Aug. Conf. X § 33. Migne, P.L. XXXII 800.

necesse est ut illas ineptas et vanitate plenas levitates ab auditu tuo cum indignatione repellas.

DE OLFACTU.

CAPITULUM VIII.

Custodiende quoque sunt nares, scilicet ne odorando unguenta
 5 varia et peregrina, muscatum, species diversas, flores, fructus,
 folia, ligna, cibos, potus et cetera odorifera cor in eis nimis
 delectetur et sic in ipso lenitas, (152b) mollicies, carnalitas
 atque ignobilis curiositas inesse deprehendatur, ac per hec pro
 isto suavi et evanescenti odore intolerabili et eterno fetore in
 10 inferno repleatur. Ibi enim "erit pro suavi odore fetor,"¹
 sicut propheta testatur. Sed si cor aut caput aut alia corporis
 membra infirmantur, flagella, spinea corona, clavi, lancea,
 sanguis et Christi vulnera odorentur, quibus dulcius suavius ac
 securius atque delectabilius reficientur. Qui istis amenis
 15 odoribus semel imbutus² fuerit, illa tanquam fimum et stercora
 reputabit.

DE LOQUACITATE.

CAPITULUM X.

Os et lingua similiter sunt observanda ab omni malo sermone,
 scilicet detractioe, murmuratione, scurrilitate, dolositate,
 20 falsitate, adulatione, vituperatione, mendacio, periurio,
 blaphemia, contumelia, infamia et ceteris hiis similibus. O
 si de verbo ocioso reddent homines rationem in die iudicii,³
 quid fiet de istis? Tu ergo ut ea studiose caveas, cum ad
 colloquia accedis, nunquam iuxta murmurantes, detrahentes,
 25 obloquentes et maledicas resideas: lingua enim earum est gladius
 acutus.⁴ gladius triceps, cum enim percutit tres ad minus, uno
 ictu interficit scilicet se ipsas cum se caritate produnt esse
 vacuas,⁵ et audientes (153a) cum in eis feriunt caritatem et eas
 quibus derogatur cum earum fama tanquam mortua adnichilatur.
 30 Alie vero suas derogationes palliando dicunt, "nemini diceremus
 de istis vel de illis quales sunt, sed quia aliquid de eis scitis, ideo
 vobis dicimus vera esse que de ipsis audistis,"⁶ et adiiciunt
 "satis diligimus eas, sed de hiis rebus nunquam corrigi

¹ Isa III²⁴.

² Hor. I Epist. II⁶⁹.

³ Matt. XII³⁶.

⁴ Ps. LVI⁵.

⁵ Bern. Serm. in Cant. XXIV § 3. Migne, P.L. CLXXXIII⁸⁹⁶.

⁶ Ancrer Rivle, p. 89.

potuerunt.”¹ Et altere quedam “in multis hee vel ille satis sunt religiose, sed in isto vel in illo nimis sunt pertinaces et minus obediens ac devote.” Et nonnullae, “magnum dampnum est de ista vel de illa, quia tot labores et virtutes perdit pro re tam parva.” Que omnia cum talibus hoc pessimo vicio denoteris, sollicite devita, quia “corrumpunt mores bonos colloquia prava.”² Alicuius enim negligentie aut vicia nemini unquam sunt dicenda, nisi sibimet ipsi pie admonendo, vel coram omnibus caritative proclamando, sive superiori ut corrigatur humiliter suggerendo, vel cuilibet alteri habenti potestatem corripienti in hoc periclitanti amabiliter subveniendo, alioquin murmur erit sive detractio. Quedam etiam ut sua vicia et negligentias tegant, sodales suas diffamare et accusare non cessant, quas nullatenus imiteris nec aliarum (153b) vituperacione te laudabilem velis videri. Neque sis garrula fabulatrix nova referens, ociosa dicens et in verbis blanda, sed lauda parce et vitupera parcius, “ex abundantia enim cordis os loquitur,”³ ergo qualis unusquisque sit intus, ex verbis et dictis omnibus manifestatur, propter quod si libenter de qualitate ciborum loquitur gulosa, si de forma virorum luxuriosa, si de cognatis et divitiis superba, si de officiis et honoribus ac prelationibus ambitiosa, si de iniuriis sibi illatis rixosa, si de aliarum promotione et sui despectu invida, et si procaciter et rigide iracunda, si de factis et iudiciis prelatorum murmurosa, si de proclamationibus et nimia disciplina segnis et remissa, si de nugis et levitatibus vaga et vacua, si facile mentiens morte anime digna, si libenter iurans aut periurans cui credatur indigna, si impaciens ad ea que ei iniunguntur rebellis et odiosa, si de cantilenis et iocis supersticiosa, si de rebus secularibus mundana, denique que ad omne opus bonum negligens et tristis fuerit accidiosa, que vero prompta et hilaris sancta et devota esse comprobatur. Hec audiens fuge rem, cave nomen. Ne autem hiis signis talis esse deprehendaris, tam ab hiis quam ab aliis indisciplinatis (154a) verbis os tuum et linguam sollicite custodi, alioquin tibi magis profuisset ut te ab huiusmodi colloquiis abstinuisses. Similiter cum insipientibus aut procacibus sive infantibus

¹ Bern. Serm. in Cant. xxiv § 4. Migne, P.L. CLXXXIII⁸⁹⁶.

² I ad Cor. xv³³.

³ Matt. xii³¹.

colloquia aut familiaritatem de facili non habeas, ne de te quoque mala loquantur, quia "quicquid in buccam talium venerit proferre in medium non verentur."¹ Vide etiam cum ad colloquium accedis ut silenter et voce submissa, humiliter et
 5 pauca, dulciter et edificantia, sapienter et statera discretionis ponderata, communiter et omnibus profutura verba loquaris, non iocando, ridendo, irritando, rixando, clamando, tua dicta defendendo, aliena contempnendo, et verba inutilia proferendo: quod si feceris non tempus perdidisti verum etiam graviter
 10 peccasti. Vides quod mors et vita sunt in manibus lingue²; mors si mala et non bona proferantur, vita si bona et non mala annuncientur, quapropter orandum est vigilanter cum propheta et dicendum, "pone Domine custodiam ori meo, et hostium circumstantie labiis meis,"³ videlicet ut sciam quid quando et
 15 quomodo debeam loqui, ne capiar laqueo oris mei.⁴ Multociens evenit quod nonnulli spiritu ferventes ac devotione succense ad colloquia accedunt, ubi talia dicunt vel audiunt unde tristes vacue et accidiose recedunt, que si bona (154b) vel spiritualia dixissent sive audissent, spiritu gaudentes et desiderio ferventes
 20 recessissent: attende itaque et diligenter considera quam periculosa⁵ et omni benevolenti metuenda sunt colloquia, propter quod consulo tibi ut animam tuam secure salves in quantum salva pace tua potes, ea studiose devites.

DE NON IUDICANDO.

CAPITULUM XI.

25 Ut etiam os tuum et linguam sollicite custodias ordinationes et acta prelatorum sive sociarum tuarum nunquam iudices aut reprehendas, sed si qua in eis tibi aliunde videretur reprehensione digna, non statim diiudicando contempnes, sed magis ad te ipsam recurras et dic, "que es?"⁶ In multis multo insipientior, irreligiosior et deterior quam hee, quas sic iudicio
 30 iudicas iniusto. Quid autem vides festucam in oculo sororis tue, et trabem, que in oculo tuo est, non consideras? Ypocrita! eiice primum trabem de oculo tuo, et tunc prospicias ut educas festucam de oculo sororis tue.⁷ Dic, "quid ad te?" Nemo

¹ Cicero, ad Atticum 1¹².² Prov. XVIII²¹.³ Ps. CXL³: Bern. Serm. de Diversis XVII, § 7, Migne, P.L. CLXXXIII⁵⁶⁶.⁴ Prov. VI¹².⁵ Ms. periculosa⁶ Iac. IV¹³.⁷ Luc. VI¹¹.

enim de hiis aliquid a te requirit, nec pro ipsis rationem reddere teneris, sed "unusquisque," sicut ait apostolus, "onus suum portabit."¹ Et certe que hoc faciunt, multa sciunt que te nescis, vel aliqua ratione ista agunt, quam tu non attendis, que quidem
 5 si facere et or- (155a) -dinare deberes, multo insipientius aut deterius forsitan disponeres vel actitares. Dic, "ad quod venisti?" Nonne ut opera ceterarum diiudicares, et non magis ut salutem anime tue querereres? Nonne ut acta aliarum curiose explorares, et non magis ut tua peccata et negligentias sollicite
 10 examinando per penitentiam dilueres, quoniam qui sibi nequam est, cui bonus esse potest? Si hec tria assidue mediteris, neminem unquam de facile iudicabis: quod ut fiat, te semper in conspectu iusti iudicis Dei esse considera, qui ait, " nolite iudicare, et non iudicabimini."² In quo enim iudicio iudicaveritis iudicabimini,"³ et apostolus, " si nosmet ipsos diiudicaremus, non utique diiudicaremur."⁴ Vides per hoc alios de facile diiudicaremus. Quicumque enim actus et vitam suam intra semetipsum diligenter voluerit perscrutari, tot et tanta reperiet quod ad aliena opera investiganda extra se nullatenus exhibit,
 20 sed ceteros sanctos et iustos, se solum vere peccatorem et iniustum veraci et humili confessione ex intimo cordis affectu pronunciabit. Hinc in vita patrum de beato Arsenio legitur, " beatus es abba Arseni, quia te solum in hac vita planxisti."⁵ Puto quod qui sic se solummodo plangebat, aliquem minime
 25 (155b) iudicabat, sed si in aliquo aliquid culpabile deprehendebat, tanquam semper de se humiliter sentiens facillime excusabat. Hinc beatus Bernardus ait, " omnino cave aliene conversationis esse aut curiosus explorator aut temerarius iudex, etiamsi perperam actum quid deprehendas, nec sic iudices proximum, magis autem excusa. Excusa intentionem si opus non potes: puta ignorantiam: puta subreptionem: puta casum. Quod si omnem omnino dissimulationem rei certitudo recusat,⁶ suade nichilominus ipse tibi et dicito apud temetipsum, 'vehemens fuit nimis temptatio: quid de me illa fecisset, si accepisset in me

¹ Ad Gal. vi⁵.

² Luc. vi³⁷.

³ Matt. vii².

⁴ Ad Cor. xi³¹.

⁵ De Vitis Pat. III¹⁶³; Migne, P.L. LXXIII⁷⁹¹.

⁶ Ms. excusat

similiter potestatem?'"¹ Non autem hoc dico ut culpas delinquentium non reprehendas, vel dissimulando parvipendas, sed ne facta singularum curiosius explorando diiudicare aut condemnare presumas, et etiam ut actus et mores tuos
5 sollicitius quam alienos discutiendo investiges, atque omnes occasiones sciendi acta aliena, que sunt prava colloquia et circumvolantes aspectus solcite devites.

DE TACITURNITATE.

CAPITULUM XII.

Ama ergo lectionem et orationem ac silentium quod est clavis
10 nutrix et custodia totius religionis ac omnium virtutum, unde (156a) dicit beatus Augustinus, "fundamentum totius religionis est bona taciturnitas,"² id est non invita sive murmurosa vel accidiosa. Nec aliunde timeas de corporis debilitate sive capitis
15 sui, quia silentium nemini nocet, nisi murmurosis, accidiosis, verbosis et ociosis perturbatis cogitationibus. Crede michi quia silentium benevolos adiuvat, fessos roborat, mestos letificat, abiectos confortat, infirmos sustentat, depressos sublevat, orationes inflammat, meditantes amat et contemplantes exaltat : unde propheta dicit, "in silencio et spe erit fortitudo vestra."³
20 Non ait, "infirmitas," sive "debilitas." Et Ieremias, "bonum est viro cum portaverit iugum Domini ab adolescentia sua. Sedebit solitarius et tacebit, quia levavit se super se,"⁴ scilicet terrena et carnalia viriliter conculcando, et in secreto silencio celestia dulciter meditando. Cernis quantum pium silentium
25 prodest, et quantum multiloquium obest. Certe que peccata sua et suam mortem sive penas inferni vel gloriam eternam ardenti animo assidue meditantur, toto desiderio cordis secreta loca et dulce silentium amantissime amplectuntur, et tantum eos gravaret si ad colloquia vel terrena negocia ire cogarentur,
30 ac si ad mortem sive etiam ad penas inferni deducerentur. Sciunt (156b) enim et intelligunt quod mens Deo dedicata multiloquiis ac rebus terrenis simul cum celestibus deliciis nullatenus possit esse intenta. Tu ergo sponsa Christi silentium amando sola esto, ut soli Domino omnium serves te
35 ipsam, quem solum ex omnibus elegisti. An nescis te verecundum

¹ Bern. Serm. in Cant. XL. Migne, P.L. CLXXXIII⁹⁸⁴.

² This quotation is not found in Augustine.

³ Isa. XXX¹⁵.

⁴ Lam. III^{27, 28}: cf. Vita Malachi, ed. Lawlor, p. 13 note.

habere sponsum qui nequaquam presentibus ceteris suam tibi velit indulgere presentiam? Quid etiam tibi et turbis sive multiloquiis, que cum sponso tuo Christo Iesu in orationibus et meditationibus tuis cotidie dulciter familiaris? Sicut enim
 5 non possunt de uno fonte diversi rivi emanare,¹ sic absurdum est ab eodem ore vaniloquia et orationes exire.

DE GULA.

CAPITULUM XIII.

Gustus quoque est custodiendus ne in cibo et potu plus saporibus aut colores quam necessitates requirantur: neque unquam de
 10 vilibus cibus sive de ieiuniis gloriatur, quoniam Esau pro vilibus lenticulis semel comestis primogenitum suum perdidisse,² et Dominus Helyam vespere et mane carnibus pavisse³ refertur. Non ergo tantum qualitas cibi et potus, sed modus sumendi est
 15 culpandus. In pane namque, cervisia, oleribus, faba, leguminibus et etiam aqua, sive huiusmodi vilibus cibus delinquitur, si nimis ante horam ardentem studiose desiderantur, curiose delicate et gulose sumantur. Heu! Si (157a) in istis cibus peccatur, quomodo putas in vino, carnibus, piscibus salsis,⁴ diversis speciebus, frixuris elcunariis et ceteris hiis delectabilibus cibus
 20 ac potibus delinquitur? Et quod deterius est, nonnulli non contente simplici vino pigmentata et diversis speciebus pulverisata vina componunt, ut avidius bibantur et salsas adinventicias et exquisitas preparant, ut cibos dulcius et delectabilius consumant, alie vero nimis delicate vel, ut verius
 25 dicam gulose species et herbas manducant ut amplius bibant, non recolentes sponsum suum Iesum Christum in cruce amore earum felle fuisse cibatum et aceto potatum⁵: quod quidem si recolunt in hoc tamen se veras sponsas non esse ostendunt, quod in austeritate cibi et potus sobrie et parce vivendo ipsum imitari
 30 contempnunt. Quaedam etiam plurimum superstitiose cibos diiudicando condempnant dicentes, "hoc capiti meo nocet, illud cerebrum perturbat, istud oculos gravat, istud gustus perhorrescit, illud stomachum excruciat, hoc vero mee qualitati penitus non convenit, istud autem infirmitates meas renovat, et
 35 illud denique toti corpori et membris meis pessimum est et

¹ Iac. III¹¹.² Gen. XXV^{29, 34}.³ III Reg. XVII¹⁻⁶.⁴ Ms. speciebus⁵ Ioan. XIX²⁹.

omnino ipsam debilitat." O quaecunque talis es, parce, queso, parce consciencie non tantum tue, sed etiam aliene: illius si quidem qui tibi ministrat, et eius qui forte hoc audit et irridens tuam curiositatem inde mur- (157b) -muras, atque superioris tue
 5 que forsitan cum magno detrimento et gravamine domus tibi ea necessaria procurat, quoniam in hiis non disciplinam beati Benedicti, qui sororibus duo pulmentaria cocta et legumina si adessent debere sufficere¹ dixit te esse ostendis, sed Epycuri, qui magister fuit gule et voluptatis: hinc Sasomon ait, "fili non te
 10 effundas super omnem escam."² Sanitas enim anime et corporis est moderatus cibus, et apostolus ait, "esca ventri et venter escis, Deus autem hunc et has destruet."³ Tu ergo sapienter ista considerans plus attende ad tuam necessitatem explendam quam voluptatem sectandam.

15 DE LUXURIA.

CAPITULUM XIII.

Luxuria que de nimia repletione gule et ciborum ac potus quandoque procedit multis rationibus debet caveri. Primo: quia corpus coinquinat. "Omne enim peccatum quod fecerit homo," sicut ait apostolus, "extra corpus suum est, qui autem
 20 fornicatur in corpus suum peccat."⁴ Secundo: quia hoc vicium coram Deo et angelis eius est fetidum, et ideo, sicut in Genesi legitur, "a Deo igne sulphureo fuit vindicatum."⁵ Tercio: quia habita non sariat, et expleta mentem cruciat.⁶ Quarto: quia plurimum prius dilectas, post expletionem sui, sicut de Thamar legitur, facit odiosas.⁷ Quinto: quia de amabili sponsa Christi (158a) facit odiosam et vilem ancillam Dyaboli. Sexto: quia anima, que prius iocundis meditationibus celestium gaudiorum dulciter pascebatur, postea per eam cogitationibus immundis et spurcitiis carnis turpiter sordidatur. Septimo: quia quicquid
 25 boni fit sine castitate nichil omnino potest prodesse. Octavo: quia per eam pudor aufertur virginitatis que deinceps nullatenus valeat reparari:⁸ unde beatus Ieronimus ait, "cum omnia possit Deus, virginem non potest suscitare post ruinam. Valet

¹ Ben. Reg. xxxix, Migne, P.L. ciii⁶³⁴.² Ecclus. xxxvii³².³ I ad Cor. vi¹³.⁴ I ad Cor. vi¹⁸.⁵ Gen. xix²⁴.⁶ Hier. Com. in Osee i § iv¹⁰. Migne, P.L. xxiii⁸⁵⁰.⁷ II Reg. xiii¹⁵.⁸ Heli Meidenhad, E.E.T.S. (1866) p. 10.

quidem liberare de pena, sed non vult coronare corruptam.”¹
 Nono: quia multum est diligenda virginitas, que angelis
 dinoscitur esse cognata: unde beatus Ieronimus ait, “profecto in
 carne preter carnem vivere non terrena vita est, sed celestis:
 5 unde in carne angelicam vitam acquirere maius est meritum
 quam habere.”² Esse enim angelum felicitatis est, esse vero
 virginem virtutis, cum hoc obtinere viribus nititur cum gratia
 quod habet angelus ex natura: utrumque tamen et esse virginem
 vel angelum divini numinis est officium non humanum. Hoc
 10 si diligenti semper consideratione mediteris, spurcitas carnis
 nunquam amabis.

DE TACTU.

CAPITULUM XV.

Ut ergo luxuria caute devitetur, manus ab omni tactu illicito
 et opere malo conserventur, propter quod caveas ne unquam
 15 (158b) quicquid omnino des vel accipias sive opereris absque
 licentia superioris, neque tangas aliquem virum ac mulierem
 quamvis senes aut propinquos sanctos et religiosos, non manum
 stringendo, non faciem, non frontem, non os, non collum, nec
 pectus, non denique aliquod membrum sive partem corporis
 20 eius contingendo. Et quod alteri nullo modo facis, cave ne a
 quoquam idem tibi paciaris. Nolo michi dicas, “non michi
 nocet, et non multum curo, quia bonam conscientiam inde
 habeo.” Ad quod tibi respondeo, “etsi non nocet tibi, forsitan
 nocet illi vel alteri qui hoc videt, et inde malam conscientiam
 25 habet.” Quod si nemini nocet, species tamen mala est et omnino
 cavenda. Apostolus enim dicit, “ab omni mala specie
 abstinete vos,”³ ac si dicat non solum ab omni opere malo est
 cavendum, verum etiam ab omni specie mala abstinendum:
 quoniam in quo quempiam scandalizas te ipsam condempnas,
 30 propter quod etiam aliquocunque loco nunquam sis sola cum
 solo, quamvis sancto et religioso, vel aliqua affinitate propinquo.
 Noli quoque libenter signa multiplicare, quia hoc est indicium
 vacue monialis et lingose. Neque inter signa sive alias verbum
 aliquod vel sillabas unquam⁴ proferas, alioquin te vacuum et
 35 minus timoratam demonstras esse. Nec unquam cum loqueris

¹ Hier. Epist. xxii § 5, Migne, P.L. xxii³⁹⁷.

² This is perhaps a loose reference to Hier. Epist. liv⁹, Migne P.L. xxii⁵⁵¹.

³ I ad Thess. v²².

⁴ Ms. nunquam

manum vel digitum extendas, sive de digito vel manu in manum
 seu ad femur vel (159a) alibi percutias, quia ista sunt indicia
 frontose monialis et procacis. Nemini similiter des unquam
 fidem manualement, nec manus unquam sine certa necessitate
 5 habeas discoopertas, sed scapulari aut cuculla semper operiantur,
 sicut decet monialem corpore et mente sanctam atque pudoratam.

DE HABITU CORPORIS.

CAPITULUM XVI.

Habitus etiam totius corporis solícite est custodiendus, ne in
 eo aliquid appareat unde alie merito scandalizentur: propter
 10 quod incessus non sit levis, mollis, fractus, vagus aut dissolutus,
 sed lenis, gravis, modestus, tardus, temperatus et pudoratus.
 Corpus quoque non sit instabile aut inquietum, sed circum-
 spectum et disciplinatum. Humeri autem non sint recti et
 nimis rigidi, sed modice curvi et depressi. Collum vero non
 15 sit cervicosum et extensum, sed humile et retractum. Caput
 similiter non sit circumrotans et erectum, sed modice demissum
 et inclinatum. Facies non sit vaga, levis et frontosa, sed
 modesta, simplex et columbina. Amictus quoque ipsius corporis
 non sit superfluum, sed sufficiens et temperatus. Pepla ergo
 20 sive vela aut cetera indumenta non sint preciosa neque nimis
 vilia, sed communia et mediocria: non sordida aut nimis pulcra,
 quoniam alterum negli- (159b) -gentiam sive gloriositatem¹
 redolet, alteram vero curiositatem: exquisitae enim mundicie aut
 affectate sordes minime decet monialem. Non sint nimis
 25 longa et defluentia super terram, quia non decet monialem esse
 caudatam,² nec etiam sint nimis curta, sed circa talos mediocriter
 mensurata. Sotulares quoque non sint nimis stricti et curiosi,
 sed ampli et ordinati. Corrigia vero cingulum et ligatura
 brachii minuti ac similia, non sint diversimode depicta vel
 30 curiose assuta.³ In hiis autem et in omnibus predictis rebus,
 semper ama communitatem, et solícite devita notabilem dis-
 similitudinem. Letis etiam non nimis leteris, et tristibus non
 nimis contristeris. Adversitatibus non frangaris, et pros-
 peritatibus nunquam extollaris. Et ut breviter inferam, in
 35 omni loco, omni tempore, omni hora, uno eodemque modo ita

¹ Ms. gloriosam² Salimbene, Chron: von Hügel, "Saint Bernardine of Siena," p. 150.³ Regest. Visitat. Archiep. Rothomagensis sub anno 1250.

composite te habeas, ut totum sit in te disciplinatum, totum insigne virtutis perfectionis formatura, et non solum nichil in te appareat unde intuentes merito offendantur vel scandalizentur, sed etiam multo magis edificentur et ad meliora tuo exemplo
 5 provocentur. Si sic sensus exteriores a te diligenter custodiuntur, restat ut etiam interiores solícite observentur, ut per hoc cor omni custodia, id est omnium sensuum (160a) tam exteriorum quam interiorum custodia conservetur.

DE CUSTODIA CORDIS.¹

CAPITULUM XVII.

10 De corde enim exeunt cogitationes male, quibus anima coinquinatur,² et tanquam feda et immunda a Deo separatur. Perverse namque cogitationes separant a Deo, quas tribus modis debes a te expellere, scilicet opere, confessione et sancta meditatione. Nunquam ergo ociosa existas, sed semper aut legas
 15 aut psallas seu ores vel manibus labores, ut sic superfluas cogitationes et noxias devites. In desideriis enim et cogitationibus omnis pigra et ociosa versatur, que si nec sic valent expelli, tunc eas per veram et humilem confessionem, prout prevalet, tuo manifestes confessori. Dyabolus enim suas
 20 suggestiones et consilia denudantes non amat, sed tanquam verbosas et nichil celantes devitat. Per sanctas etiam meditationes expelluntur et adnichillantur, quibus solícite sis intenta cum eis mens tua fatigatur. De hiis namque duobus modis propheta ait, "quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, et reliquie cogitationis diem festum agent tibi,"³ ac si dicat reliquie
 25 cogitationis, id est sancte cogitationes in corde cuiuslicet religiose relicte, per quas perverse sunt eiecte, vel ad totum adnichilate, diem festum agent tibi, gratias scilicet referendo (160b) Deo omnium bonorum largitori. Ut ergo malis et perversis cogitationibus perfecte emunderis, sanctis et rationabilibus assidue
 30 esse intenta non pigriteris.

DE SUPERBIA.

CAPITULUM XVIII.

Superbia itaque si ostium cordis tui intrare voluerit, cave, quia inflammata est: ne ullatenus aperiatur. Hec autem de
 35 generis nobilitate, fortitudine, pulcritudine, sanctitate, sapientia

¹ *Περὶ φυλακῆς καρδίας*, Migne. P.G. xxxiv⁸³⁵⁻⁸³⁸.

² Matt. xv¹⁹.

³ Ps. lxxv¹¹.

sive aliqua alia gratia solet nasci : cui multis rationibus debet obviari. Primo : scilicet quia nichil habes quod non accepisti.¹ Nemo quippe est, si ea que habet a se habere potuisset quin multo plura et maiora quam habet libentius accepisset, quod ergo ea que habes ab alio accepisti,² noli gloriari quasi non acceperis. Secundo : quia semper cogitandum est omnium horum finis, qualis scilicet qui modo tam pulcher, tam sapiens, tam nobilis est, in fine erit. Hinc de pavone dicitur, quia cum videt caudam suam circumrotando, eam superbit, sed cum respicit³ pedem, id est extremam partem corporis sui, omnis tumor abscedit. Pavone ergo insipientior esse probaris, si tu similiter finem considerando non humiliaris. Tercio : quia cui plus datum est, plus exigetur ab⁴ eo. Tu ergo de donis acceptis non te extollas in superbiam, sed prepares ad rationem reddendam. (161a). Quarto : quia quanto quis maiori dotatus est munere, tanto amplius remuneratorem suum tenetur amare. Tu ergo de gratiis acceptis non superbias, sed multo magis prompta sis ad gratiarum actiones referendas. Quinto : quia qui⁵ de eis elevantur a Deo iusto iudice humiliantur. "Omnis enim qui se exaltat, humiliabitur,"⁶ et cum superbiente Dyabolo in profundum inferni demergetur. Sexto : quia si hec in humilitate teneantur, per hec eterna gaudia acquirentur. "Omnis enim qui se humiliat exaltabitur,"⁶ et cum sanctis in celo veraciter gloriabitur. Septimo : quia si hec videntur magna, que sunt caduca et transitoria, multo magis debent videri illa celestia sine fine mansura, unde si tanto opere curant quidam ista temporalia habere, multo magis deberent ad illa eterna aspirare. Octavo : quia ignoratur quam diu ista possidebuntur, unde qui quanto plus pro eis elevatur, tanto magis cum ea amittit confunditur ; quanto enim gradus altior, tanto lapsus gravior. Nono : quia si Deus in celo angelis superbientibus non perpercit,⁷ multo magis nec tibi parcat in terra, qui es pulvis et cinis ; multo enim tolerabilior est in divite quam in paupere superbia, quamvis in neutro eorum sit toleranda. Tu

¹ I ad Cor. iv⁷.

² I ad Cor. iv⁷.

³ cf. Keating, "Three Shafts," 65²².

⁴ Luc. xii⁴⁸.

⁵ Ms. omits qui.

⁶ Luc. xiv¹¹, xviii¹⁴.

⁷ II Pet. ii¹⁴.

autem si hec omnia (161b) diligenter recogites, omnis superbia a corde tuo tanquam fumus evanescet.

DE VANA GLORIA.

CAPITULUM XIX.

Vana gloria si cordi tuo insederit ventosa est : ne credas ei.
 5 Hec vero solet nasci de bonis operibus cum per ypocrisim fiunt, ut ipsa acquiratur, sive cum aliquis aliquod bonum bona intentione inceperit, et cum ei postmodum placet ut manifestetur, vel etiam cum de aliquo bono opere aliquis laudatur et inde gloriatur, aut aliquo exeunte in oratione vel devotione
 10 et ei a cogitationibus suis dicitur suggerendo, "O si aliquis hic te videret, que in occulto agis, scilicet quam abundanter ploras, quomodo gemis, agnosceret, quomodo putas te laudaret, et quam magnum te predicaret?" Si talibus miser consentit, et ea gratanter amplectitur, et vana gloria in corde latitans demoratur, et nisi penituerit a vera gloria merito excludetur.
 15 Hiis pestibus facile multis modis resistitur, si qualis sit vana gloria attente consideratur. Primo : quia omnia bona, que aguntur pro sola intentione faciendi, amittuntur. Ieiunat enim, vigilat, psallit, laborat et cetera bona facit ypocrita, sicut et iustus, sed non ea intentione qua iustus. Iustus enim
 20 hec agit pro vera gloria adipiscenda, ypocrita vero solummodo pro vana : et quicquid agant (162a) intentio iudicat omnes. Si sapiens es, magna stultitia tibi esse videtur, quod pro sola intentione tot labores et sudores amittuntur. Secundo : quia
 25 nimis stultum est angustias et labores suos linguis hominum committere custodiendos, que velut arundo prout aura secunda vel contraria flaverit, ad benedicendum sive maledicendum sunt parate. Tu autem, si michi credis, tuos in manibus sponsi tui Iesu Christi repones conservandos, qui tibi eos restituet
 30 centuplicatos. Tercio : quia forte pauper es et debilis et non potes multum laborando plurima congregare, et ideo non debes hoc modicum quod habes pro tam nichilo perdere, sed multo cautius et sollicitius custodire. Dives enim si ceciderit habebit multos adiutores, pauper vero si corruerit non inveniet vel
 35 unum sublevantem.¹ Quarto : si tam fortis esses quam Sanson fuit, tamen ex totis viribus tuis non posses promereri unde peccata tua, quamvis minima forent, delerentur, nisi per gratiam

¹ cf. Eccles. iv¹⁰ : Ancren Riwle, Camden Socy. edit. p. 253.

Christi tibi dimitterentur. Si hec sapienter attendis, nunquam de operibus tuis vanitatem habebis. Quinto: quia ypocrita semper timet et nunquam requiescit, ne si agnoscat, perdat gloriam quam tanto labore quesivit. Tu, si opera tua in veritate
 5 facis, segura es et vituperantes sive laudantes minime pertimescis. Sexto: quia si deprehensus dolore et confusione (162b) contabescit, et reliquum tempus suum in amaritudine et tristitia consumit, quia vanitatem quam glorianter tenebat turpiter amisit. Tu autem si in bonis operibus deprehendaris,
 10 nichil amittis; insuper si alter a tuo exemplo edificatur, plurimum lucraris. Septimo: quia tanquam fur et raptor, gloriam que solius Dei est, sibi usurpat, propter quod ipsum tanquam furem et raptorem pessimum carcer infernalis torquendum expectat; unde Iob ait, "que est spes ypocrite, si avare rapiat,"¹ scilicet
 15 nisi pena inferni, que eum sine fine torqueat? Tu quoque de tuis bonis semper Deo gloriam ascribas, ut in te pacem conservet tua bona voluntas. "Gloria enim in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bone voluntatis."² Octavo: quia magna confusio et abusio esse convincitur, quod pro adipiscenda vera et eterna
 20 gloria pauci se ad modicum fatigari patiuntur, cum a misellis ypocritis hec vana et fallax tanto labore acquiratur. Et certe respectu vere glorie, vana gloria nichil esse comprobatur. Hec si assidue mediteris, facile omnem vanam gloriam, tanquam paleam exsufflabis.

25 DE INVIDIA.

CAPITULUM XX.

Invidia si ad cor tuum accesserit, venenosa est: omnino resiste ei. Hec de virtutibus et fama, sive de honoribus, vel (163a) prosperitatibus, sive prelationibus aliorum nasci consuevit: cui multis modis potest resisti. Primo: quia turpe est quod
 30 prosperitatibus sive prelationibus aliarum invides, eo quod eas non habes aut habere non potes. Secundo: quia in hoc Deo resistere videris, a quo omne bonum sive potestas procedit; unde apostolus ait, "qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit."³ Tercio: quia ut pauper humilis et bona fieres, ordinem intrasti, non ut invideres honoribus et prosperitatibus
 35 aliarum sive prelatis tuis. Quarto: quia magna perversitas

¹ Iob xxvii⁸. Ms. avara capiat² Luc. ii⁴.³ ad Rom. xiii²: cf. Bull, Unam Sanctam, Denz.-Bann. § 469.

est ut ille, que suis meritis omnibus placent, et a cunctis venerantur, tibi displicent et a te sola culpantur. Quinto : quia si te bene respiceres, nemini invideres, quoniam quales alie sunt in conspectu Dei nescis, qualis vero tu es ipsa melius agnoscis ?

5 Sexto : quia ut nullatenus dicas, " quoniam si ille vel ille, que tam honorate sive bone fame sunt bene cognoscerentur, nunquam laudarentur, sed quia tot bona non suspicor esse in ipsis, non possum non invidere eis." Ad quod potest responderi, " si tu
10 religiosa esses, nunquam propter hoc eis invideres, sed semper de dubiis meliorem partem eligeres." De duobus enim dubiis semper melior pars eligenda est. Septimo : quia magna est iniquitas, quod tibi nunquam malefecit aut maledixit, sed solummodo quia bone fame est, vel prelata tua (163b) sive alicuius nominis, ideo invides ei. Octavo : quia magna insipientia
15 est, quoniam si bonum alterius amares, tuum faceres ; unde beatus Augustinus ait, " ama bonum proximi tui et tuum facis." ¹ Nono : quia invidens Dyabolum imitatur et efficitur ei filius, qui semper bonis invidet et religiosis. Hec audiens, pertimesce, et omnem invidiam a corde tuo repelle. Quod si dicis, " aliquos
20 motus invidie quandoque sentio, sed inde valde contristor," dicit tibi beatus Bernardus, " si doles quod invides, sentis quidem, sed non consentis," ² tantummodo cave ne des membra tua arma iniquitatis, ³ velle licet linguam ad detrahendum, aures ad malum audiendum, cor ad meditandum et manus ad nocendum.

25 DE AMBITIONE.

CAPITULUM XXI.

Ambitio si tibi arriserit, onerosa est ; ne intendas ei. Hec quoque ad honores et prelationes provocando attrahit, sed multis rationibus contradicendum est ei. Primo : quia prelati sive in officiis constituti diversas perturbationes et sollicitudines
30 ac curas habent ordinandi, conservandi, dispensandi, acquirendi et multa alia faciendi ex hiis que sunt sub ipsis, a quibus omnibus in pace possunt esse subiecti. Secundo : quia prelationes et officia multam materiam et occasionem vagandi, loquendi, ridendi, comedendi, bibendi et cetera alia faciendi ami- (164a)
35 -nistrant, que omnia humiles subiecti ignorant. Tercio : quia

¹ Hugo de S. Viet. de Sac. II, Migne P.L. CLXXVI⁵³⁸ : the reference to Augustine is erroneous, cf. Ancren Riwle, Camden Society, p. 283.

² Bern. Sermon. in Cant. XLIX § 8 Migne, P.L. CLXXXIII¹⁰²⁰.

³ ad Rom. VI.¹³

semper debent esse solliciti quod de omnibus iudiciis et ordinationibus suis Deo sunt rationem reddituri, a quibus rebus boni subiecti sunt exonerati. Quarto: quia oculis, auribus et linguis cunctorum exponuntur, que omnia subiecti pacifici non
 5 verentur. Quinto: quia cum omnia bona que possunt fecerint suis subiectis, plurimi non curant, sed semper obloquuntur eis. Sexto: quia qui ad hec pervenire cupiunt, multis laboribus, servitiis, adulationibus et hiis similibus quandoque ad ea accedunt, que religiosi discipuli facere contempnunt. Septimo:
 10 quia finis eorum semper est meditandus, quod scilicet qui hiis amplius implicantur cum ad finem venerint, si sapiunt magis timent, qui vero minus aut ex toto nichil eis onerantur amplius gaudent. Octavo: quia in die iudicii unusquisque pro se rationem reddere non sufficet, quanto minus pro se et tot
 15 animabus ac aliis rebus, quas regendas et custodiendas accepit, sufficere poterit? Nono: quia multo amplius aspirandum est et anelandum ad beatas illas et eternas dignitates, quam ad istas caducas et cotidie deficientes.¹ Si hec intelligis, presentes honores nunquam amabis.

20 DE AVARITIA.

CAPITULUM XXII.

(164b) Avaritia si in corde tuo habitare voluerit, turpis est; non est necessaria tibi. Hec vero de divitiis et de rebus huiusmodi progreditur, cui iure multis modis resistitur. Primo: quia res temporales in acquirendo cor nimis sollicitant, scilicet
 25 laborando, vigilando, maria transfretando et alia multa pericula sustinendo,² que omnia verus pauper non sentit, eas pro Christo contempnendo. Secundo: quia qui eas possident, ne ipsas amittant, omnes, quos viderint, timent. Si enim viderint pauperem, putant esse furem, si divitem, credunt raptorem. Pauper
 30 vero securus semper est, quia quod perdat non habet. Tercio: quia si eas amiserint, ad mortem contristantur, pauper autem nichil habens quod perdat, semper spiritualiter iocundatur.³ Quarto: quia qui eas amant, illas conservando, ut servi serviunt, et ideo tam ea que habent, quam ea que non habent eis desunt;
 35 e contra affatim dives est qui pro Christo pauper est.⁴ Quinto:

¹ Ms. deficientes² Hor. I Epist. I⁴⁶.³ Iuv. Sat. x²².⁴ Marc. x²⁸, ²⁹.

quia qui eas congregant nullatenus saturantur, quoniam avarus nunquam pecunia impletur¹; e contra pauper nichil sibi reponit et tamen semper misere contribuit. Sexto: quia sunt laquei et retia Dyaboli per que divites retinentur, ne ad Deum convertantur et expeditius eum imitentur, unde apostolus ait, 5 "qui volunt divites fieri, incidunt (165a) in temptationem et in laqueum Dyaboli."² Pauper vero, omnibus relictis, Christum imitatur, sciens procul dubio quia eum non poterit sequi oneratus. Septimo: quia diviti mors est tristis et amara, 10 pauperi vero dulcis et leta. Octavo: quia cum dives moritur, omnia amittit invitus, pauper autem tunc divitias eternas recipit gaudens et letus. Hec attente considera et nunquam amabis ista terrena. Notandum vero quod quatuor species hominum possunt inveniri, scilicet largi, avari, prodigi et stulti. 15 Qui ergo dant quae sunt danda, et prudenter retinent quae sunt retinenda largi dicuntur: qui vero non dant quae sunt danda, et retinent quae non sunt retinenda avari vocantur: qui autem dant danda, et non retinent quae sunt retinenda prodigi appellantur: qui etiam non dant danda nec retinent retinenda 20 insipientes vocantur.

DE IRA.

CAPITULUM XXIII.

Ira si cor tuum tetigerit, statim mortifica eam, quoniam est rixatrix. Hec autem accidit pro hiis que contra voluntatem alicuius eveniunt sive fiunt vel dicuntur: de qua quatuor species 25 cognoscuntur esse. Sunt enim nonnulli qui invite irascuntur et cito quiescunt, alii vero qui cito irascuntur et cito resiliunt, (165b) quidam³ autem qui tarde irascuntur et tarde dimittunt, aliqui etiam qui cito irascuntur et tarde resipiscunt. Primi non boni, secundi mali, tercii peiores et quarti pessimi. Hiis quatuor 30 speciebus merito multis rationibus obviatur. Primo quoque: quia omnis ira nascitur ex superbia, licet contra peccata sit quandoque bona, alias autem semper mala: indicium enim superbie est motus ire. Secundo: quia cum irasceris alteri, irasceris similiter tibi, et contra iusticiam facis, quia nemini 35 inest vis cuiquam irascendi. Tercio: quia si supra aliquam potestatem accepisti, et propter sua vicia aliunde irasceris ei,

¹ Hor. I Epist. II⁵⁶.² I ad Tim. VI⁹.³ Ms. quidem

vide ne hoc fiat nimis, sed quam exterius quasi irascendo percutis virga, interius ex caritate ama. Quarto: quia si nemini prees, nulli quamvis delinquat irascaris, quia nec tu cum peccas vis ut socia tua tibi irascatur: quod enim tibi non vis fieri, alii ne feceris.¹ Quinto: quia cum irasceris, nulli tam nocet quam tibi, et quid tibi prodest si aliam corrigis, te autem irascendo perdis? Sexto: quia magna stulticia est irasci, quoniam qui irascitur, qualis intus latebat, aliis irascendo ostendit. Septimo: quia magna prudentia est iram dissimulare, et qualis interius sit, exterius non manifestare. Octavo: quia societas iracundarum est periculosa et quantum pacifice (166a) fieri potest omnimodis vitanda. Nono: quia consilia et secreta talibus non debent revelari, quoniam cum irate fuerint ab eis cito poterunt procaciter denudari.² Tu vero si sapiens fueris, tales solícite devitabis.

DE ODIO.

CAPITULUM XXIII.

Odium si cor tuum invaserit, quia mortificat, omnino resiste ei. Hoc vicium de malis dictis vel factis nascitur, cui multis modis non immerito obviatur. Primo: quia occidit, quoniam "qui odit fratrem suum homicida est,"³ sicut beatus Iohannis ait. Secundo: quia execat, quoniam qui odit lumen vite ignorat, et ideo iustum iudicium⁴ non facit, sed semper opera inimici pervertit. Tercio: quia qui odit, se vindicando Deum quasi impotentem facit, qui habet omnem potestatem vindicandi.⁵ Quarto: quia Deum sibi facit inimicum odiendo, scilicet hominem suum. Quinto: quia non potest iure dicere dominicam orationem, quam si dicat, orat contra suam salutem, sicut enim non vult dimittere contra se peccanti, sic rogat ne peccata sua dimittantur ei.⁶ Sexto: quia omnia opera sua perdit, quoniam ea non in caritate sed in odio facit. Septimo: quia peior est animali, quod diligit simile sibi: ipse vero hominem sibi similem odit, et quod deterius est, factum ad similitudinem (166b) Dei. Octavo: quia qui odit stultus est, nolens dimittere parum ut Deus ei dimittat multum. Nono: quia inobediens

¹ Tob. iv¹⁶.² Hor. i Epist. xviii³⁸.³ I Ioan. iii¹⁵.⁴ Ioan. vii²⁴.⁵ Deut. xxxii³⁵: Ecclus. xxviii¹.⁶ Matt. vi¹⁴: Marc. xi²⁵.

est Deo, qui iubet diligere inimicos suos.¹ Decimo : quia, sicut diligendo efficitur filius Dei, sic odiendo efficitur filius Dyaboli. Tu vero hoc vicium solícite fugias, ut cum aliis pacífice vivas.

DE TRISTICIA.

CAPITULUM XXV.

- 5 Tristicia si cor tuum possederit, amara est : citius debes expellere. Hec nasci solet de terrenorum et consanguineorum amissione, vel de tribulationum et infirmitatum inmissione, seu de sui contemptu et aliorum promotione : cui velociter pluribus modis debes resistere. Primo : quia hec tristicia, cum
 10 secundum seculum sit, id est pro secularibus rebus, mortem operatur, que vero secundum Deum, id est pro peccatis, que bona est si non sit nimia, vitam eternam. Secundo : quia temporalia consanguinei adversa et cetera sunt dona Dei, et ideo nemini iniuriatur cum ea sicut vult donat aut recipit.
 15 Tercio : quia qui de hiis contristatur, contra Deum facit, quia non vult eius voluntatem sed suam fieri. Quarto : quia qui de ablatione terrenorum aut collatione adversitatum contristatur, iudicia Dei reprehendere videtur. Quinto : quia mentem, cui tristicia insederit, tediosam et pigram ad omne bonum facit.
 20 Sexto : quia animus (167a) cui donatur, omni dulcedine et delectatione spirituali privatur. Septimo : quia si mens de adversitatibus et angustiis presentibus et hiis similibus contristatur, multo amplius deberet affligi ne in penis eternis demergatur. Octavo : quia si tantum excruciant sublata terrena et caduca,
 25 multo plus dolendum est si amittantur gaudia eterna. Hanc a corde tuo omnino repelle, ne priveris spirituali et eterna iocunditate.

DE ACIDIA.

CAPITULUM XXVI.

- Acidia si cor tuum occupat, mors est : procura ut cito discedat.
 30 Hec de sui et Dei atque penarum inferni oblivione procedit, cui multis modis caute debet obviari. Primo : quia non solum animam sed etiam corpus affligit, ita ut tedeat vivere et mori nolit. Secundo : quia ad omne malum facilis est et proclivis, utpote que nullius timoris est neque sui iuris. Tercio : quia ad
 35 omne bonum est pigra et tristis, in tantum quod de ipso loquentem audire contempnit. Quarto : quia velut amens de

¹ Matt. v⁴¹.

malo quod agit, non multum letatur, et de bono quod non facit, minime contristatur. Quinto: quia tanquam statua sensibus suis nunquam bene utitur, scilicet oculis ut in fletu compungantur, auribus ut ad bona audienda aperiantur, ore et lingua ut
 5 bona loquantur, manibus ut ad bona opera moveantur (167b) pedibus ut in via Dei statuatur, corde ut bona meditetur, toto corpore ut ad aliquod bonum preparatur. Sexto: quia ad omnia obsurdescit et excecatur, ita quod in nullo, quod viderit seu audierit unquam consoletur. Septimo: quia quod
 10 presentibus deliciis et voluptatibus non delectatur, nec etiam spirituali delectatione, scilicet psalmodia, locutione et oratione et hiis similibus iocundatur. Octavo: quia non solum sibi est oneri, sed etiam omnibus se intuentibus mesticie et horrori. Nono: quia presenti vita miserrime abutitur, et eterna
 15 beatitudine privatur. Decimo: quia de penis inferni non timet, que ei preparantur, nec de gloria eterna, quam amittit, unquam contristatur. Tu vero omnimodis hanc devita, ne dulcedine spirituali in presenti careas, et in futuro felicitate eterna.

DE DESPERATIONE.

CAPITULUM XXVII.

20 Desperatio si cor tuum intraverit, dyabolica est, ideo viriliter debet repelli. Hec de multitudine peccatorum et de obstinatione animi nascitur: cui multis rationibus prudenter occurratur. Primo: quia Deus est omnipotens, et ideo sicut potest dampnare peccatores, sic potest salvare penitentes. Secundo: quia est
 25 misericors, propter quod nemo desperet, quia procul dubio, maior est misericordia eius quam mala possit esse nostra.¹ Tercio: quia verax est (168a) nec unquam mentitur, et ipse dicit, "quia quacun- que hora peccator ingemuerit, omnes iniquitates eius oblivioni tradentur,"² et, "O anima peccatrix, licet fornicata sis cum amatoribus multis, tamen revertere ad
 30 me, et suscipiam te."³ Quarto: quia pius est, qui non venit "vocare iustos, sed peccatores ad penitentiam,"⁴ promittens eis conversis suorum delictorum remissionem et indulgentiam. Quinto: quia benignus est et ideo, "ubi abundavit delictum"⁵
 35 quandoque gratia superabundare videtur, quod bene in beatis Petro et Paulo ac David et multis aliis demonstratur. Si enim

¹ Ms. miseria² Ezek. XVIII²², XXI³², XXXIII¹³.³ Jer. III¹.⁴ Luc. v³².⁵ ad Rom. v²⁰.

peccasti in seculo, nonne plus David aut Paulo? Quorum alter fuit blasphemus et persecutor,¹ alter vero homicidium coniunxit adulterio,² et cum iste postea secundum cor Dei fuisse invenitur,³ ille autem in magistrum et doctorem gentium fuit sublimatus. Si vero in ordine deliquisti, nonne amplius Petro, qui ter Dominum ore proprio negavit?⁴ Et licet sub regula vel abbate vivas, non tamen sub tali regula vel tanto abbate, quanto corporaliter ille degebat, et tamen iste negator et periurus postmodum celi claviger est factus.⁵ Tu ergo nunquam desperes pro tuis peccatis, sed per hec exempla ad penitentiam provoceris. Sexto: quia de conversione unius peccatoris plus gaudent (168b) angeli in celo, "quam de nonaginta novem iustis, qui non indigent penitentia."⁶ Septimo: quia tantum amavit Deus penitentiam peccatorum, ut propter hoc factus est homo, qui erat rex angelorum. Octavo: quia si Christus pro impiis mortuus est, cum adhuc essent inimici, quid facturus est eis cum facti fuerint per penitentiam amici? Nono: quia nullus debet timere de tarda conversione, quoniam nunquam est sera penitentia, sicut in latrone patet converso et penitente.⁷ Decimo: quia nisi Christus peccatores penitentes plurimum dilexisset, nunquam eos sua morte et precioso sanguine redemisset. Hec si fideliter credis, nunquam pro tuis peccatis desperabis.

25 DE BLASFEMIA ET DE PREFIGURANTIBUS CHRISTUM. CAPITULUM XXVIII.

Blasphemia si in corde tuo regnare voluerit, pessima est: omnino cave ne unquam subiiciaris ei. Hec nascitur de infidelitate sive dubietate circa fidem incarnationis vel divinitatis Christi, aut essentie Dei, seu ceterorum sacramentorum: cui totis viribus et approbatis rationibus est resistendum. Credenda est enim divinitas et humanitas Christi propter multas et fideles rationes, que abundanter reperiuntur, quoniam veracibus verbis et fidelibus testimoniis ac operibus sanctis ubique approbatur. A patriarchis (169a) namque et lege 35 prefiguratus est: a prophetis prenunciatus: ab angelo et euuangelistis exhibitus: ab apostolis predicatus. Quid enim

¹ I ad Tim. 1¹³; Piers Plowman x⁴¹⁴, 452.

² II Reg. xi.

³ Act. XIII²².

⁴ Matt. xxvi⁷¹.

⁵ Matt. xvi¹⁹.

⁶ Luc. xv⁷.

⁷ Luc. xxiii⁴³.

per rubum quem Moyses vidit, qui arderet et non combureretur,¹ nisi beata Maria, absque ulla carnali corruptione et detrimento virginitatis concipiens Deum, qui est ignis consumens,² figuratur? Aut quid vellus Gedionis rorem in se suscipiens celestem,³ nisi beatam virginem Mariam ab omni voluptate carnali abscisam significat Dei filium de spiritu sancto⁴ concipientem? Quid autem Adam de terra creatus, et Eva de costa eius absque aliqua carnali concupiscentia formata,⁵ nisi Christum prefiguratur, sine ullo virili complexu natum ex incontaminata virgine Maria? Vel quid per virgam Aaron flores et nuces proferentem⁶ designatur, nisi virgo Maria, ex qua Christus absque ullo humano semine est procreatus? Sive quid virga de radice Iesse egrediens⁷ ex cuius radice flos ascendit, nisi beatam Mariam de progenie Iesse descendentem⁸ demonstrat, ex cuius carne Christus⁹ carnem assumendo de ipsa, tanquam flos de virga absque ulla virginali corruptione processit? Quid etiam ieiunium quadraginta dierum Moysi¹⁰ et Helye,¹¹ nisi Christum insinuat quadraginta diebus et totidem noctibus ieiunasse?¹² Quid vero Ioseph a fratribus suis venditus,¹³ nisi Christum (169b) signat, qui a discipulo suo fuit traditus et triginta argenteis venundatus?¹⁴ Quid quoque Iacob luctans cum angelo,¹⁵ quem non dimisit, donec reciperet desideratam benedictionem, nisi dilectionem salutis humane designat, cum Christo tam viriliter luctantem ut ab eo in agonia eliceret sanguineum sudorem,¹⁶ a quo nullatenus superari potuit, quousque ipsum adduceret ad mortem, ut per hoc consequi mereretur eternam benedictionem, quod significatur per ipsius in cruce manuum extensionem. Quid similiter innocens sanguis Abel de terra ad Deum clamans,¹⁷ qui a fratre in campo maliciose fuit occisus, nisi sanguinem Christi pro peccatoribus precem interpellantem prefiguratur, qui a Iudeis fratribus suis secundum carnem extra portam iniuste fuit expansus? Et quid per arcam,¹⁸ que octo animas a fluctibus diluvii ne perirent

¹ Exod. III¹, 2.

² Deut. IV²⁴.

³ Iud. VI³⁶.

⁴ Matt. I¹⁸.

⁵ Gen. II^{18, 25}.

⁶ Num. XVII.

⁷ Isa. XI¹.

⁸ Matt. I.

⁹ Ms. Christo

¹⁰ Deut. IX⁹.

¹¹ III Reg. XIX⁸.

¹² Matt. IV².

¹³ Gen. XXXVII²⁸.

¹⁴ Matt. XXVI¹⁵.

¹⁵ Gen. XXXII²⁴.

¹⁶ Luc. XXII⁴³.

¹⁷ Gen. IV¹⁰.

¹⁸ Ms. archam

liberavit,¹ nisi crux Christi representatur, que redemptos, ne a fluctuatione peccatorum submergantur, ad portam felicitatis eterne feliciter perduxit? Aut quid per Ysaac super struem lignorum quam portaverat colligatum ut immolaretur² ac per hoc perfecta obedientia demonstraretur, nisi Christus crucem suam baiulans,³ in quam vera pro salute generis humani hostia se ipsum offerendo fuit affixus, et patri usque ad mortem factus obediens⁴ prefiguratur? Vel quid signat thau et agnus paschalis in egressu de Egypto a (170a) Iudeis immolatus,⁵ nisi crucem Christi signant in qua ipse verus agnus sine macula tollens peccata mundi pro salute et liberatione omnium a vinculis peccatorum in pascha velut sacrificium salvificum et vivificum Deo patri in odorem suavitatis⁶ fuit oblatus? Sive quid per serpentem in palo defixum,⁷ quem cum a serpentibus vulnerati aspicerent, statim sanabantur, nisi Christus in cruce pendens et vulnera sua a demonibus per suggestionem peccatorum vulneratis demonstrans significatur, que qui fideliter aspiceret et vulnera sua in contritione cordis per veram confessionem voluerint denudare, absque aliqua dilatione emundari, et ab eis liberari perfecte merebuntur? Quid etiam per Sanson, qui letantibus Gazensibus intra muros civitatis conclusus, media nocte surgens et fores porte secum deferens⁸ illesus abcessit accipitur, nisi Christus qui gaudentibus Iudeis intra cepta sepulchri inclusus cunctis ignorantibus exiens, et portas inferni confringens, iustos secum eduxit, qui diu in eo captivi detinebantur?⁹ Seu quid per eundem Sansonem fauum mellis de ore leonis extrahentem ostenditur,¹⁰ nisi Christus¹¹ ab inferis exiens,¹² qui sicut fauus mellis est mel in cera, sic Deus et homo veraciter creditur? (170b). Quid quoque per Ionam, qui tercio die a cete est evomitus,¹³ nisi Christus, qui die tercio de tumulo egrediens a morte resurrexit,¹⁴ figuratur? Quid vero Enoch translatus¹⁵ et Helyas coram discipulo in aere sublevatus,¹⁶ nisi Christum representant, qui, videntibus discipulis suis et bene-

¹ Gen. vii¹³, 1 Pet. iii²⁰.² Gen. xxi^{13, 14}.³ Ioan. xix¹⁷.⁴ ad Phil. ii⁸.⁵ Exod. xii⁷.⁶ Lev. ii⁹.⁷ Num. xxi^{6, 9}.⁸ Iud. xvi³.⁹ Nic. xix.¹⁰ Iud. xiv⁸.¹¹ Greg. Mor. xxix § 12, Migne, P.L. lxxvi¹⁹⁰.¹² Nic. xvii¹³.¹³ Ion. ii¹¹.¹⁴ Marc. xvi⁹.¹⁵ Gen. v²².¹⁶ iv Reg. ii¹¹.

dicens illis,¹ in celum est elevatus, et in dextera Dei patris collocatus?² Si vero ista veraciter credis, spiritus blaphemie sordidos insultus nusquam habebis. Vides autem quomodo a patriarchis et lege Christus fuit prefiguratus, nunc etiam
5 considerandum est quomodo a prophetis sit prenunciatus.

DE PROPHECIIS DE CHRISTO.

CAPITULUM XXIX.

De adventu itaque, sive de incarnatione Christi dixit sanctus patriarcha Iacob, "non auferetur sceptrum³ de Iuda, et dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, et ipse erit
10 expectatio gentium,"⁴ ac si dicat, reges sive duces de stirpe Iuda descendentes, donec Christus veniat, non deficient, per quem non solum Iudei, sed etiam gentes salve fient. De eodem etiam sanctus Moyses ait, "prophetam suscitabit vobis Deus de fratribus vestris tanquam me, ipsum audietis."⁵ "Omnis
15 anima que non audierit prophetam illum exterminabitur et peribit de cetu filiorum Israel"⁶; hoc est dicere, sicut (171a) Deus vobis per me legem dedit, sic per prophetam illum, id est Christum pluries in euangelio prophetam dictum Deum et Dominum omnium prophetarum, vobis gratiam et veritatem
20 donabit,⁷ quicumque autem ipsum audire et in eum credere contempserit, in fine dampnatus et a cetu sanctorum alienatus in eternum peribit. De eodem quoque Abacuth dixit, "qui venturus est, veniet et non tardabit,"⁸ iam non erit timor in finibus nostris, quoniam ipse est salvator noster,⁹ id est Iesus
25 indubitanter venturus est, qui salvator dicitur, ut per ipsum populus eius a peccatis suis salvetur. De incarnatione autem et nativitate eius dixit Balaam, "orietur stella ex Iacob, et consurget homo de Israel, et percutiet duces Moab,"¹⁰ ac si patenter dicat, virgo Maria, que stella maris dicitur,¹¹ ex
30 progenie Iacob nascetur, ex qua homo, id est Christus procedet ac per hanc mediante ipsa secundum carnem de Israel consurget qui duces Moab, id est demones, duces et principes omnium

¹ Luc. xxiv⁵¹.⁴ Gen. xlix¹⁰.² Marc. xvi¹⁹.⁵ Act. iii²²: Deut. xviii¹⁵.³ Ms. ceptrum: cf. infra p. 54¹⁸.⁶ Act. iii²³: Erit autem: omnis anima quae non audierit prophetam illum exterminabitur de plebe: the rest of the quotation is probably a composite reference to Exod. xii⁹ and xii¹⁹.⁷ Ioan. i¹⁷.⁸ ad Heb. x²⁷: Hab. ii³.¹⁰ Num. xxiv¹⁷.⁹ This reference is not found.¹¹ Cf. infra p. 82³⁴.

absque lege ipsius viventium, quos Moab signat, viriliter debellabit, et electos suos ab eius potestate misericorditer liberabit, atque suo Domino ad sibi perpetuo serviendum benigne subiugabit. De eodem vero dixit Ysaïas, “ ecce virgo concii-
 5 (171b) -piet et pariet filium, et vocabitur nomen eius Emmanuel.”¹ Attende diligenter quod apertissime dicit, quia virgo erit in conceptu, virgo in partu,² et quod filius eius Deus vocabitur, per quem virgo Maria indubitanter accipitur, ex qua Christus, Deus et homo, absque ullo detrimento virginitatis ipsius carnaliter
 10 est procreatus. De eodem psalmista ait, “ Dominus dabit benignitatem et terra nostra dabit fructum suum,”³ id est Dominus manifeste demonstrabit bene ignitam caritatem cum terra nostra, id est virgo Maria in nostra carnali corruptione generata⁴ dabit fructum suum,² scilicet Iesum Christum fructum
 15 ventris sui benedictum. De eodem vero dixit Malachias, “ vobis timentibus nomen meum orietur sol iusticie,” id est Christus, “ et sanitas in pennis eius,”⁵ id est in verbis et in operibus suis reperietur perfecta salus et fructus eternus. De nativitate similiter ipsius in persona eius psalmista ait, “ Dominus dixit
 20 ad me, filius meus es tu. Ego hodie genui te,”⁶ et Ysaïas, “ parvulus natus est nobis et filius datus est nobis, cuius principatus super humeros eius, et vocabitur nomen Admirabilis, Deus, Fortis, Pater Futuri Seculi, Princeps Pacis”⁷: de cuius pronunciatione nativitatis nichil apertius potest dici. De qua
 25 etiam dixit Ieremias, “ Deus in terris visus et cum hominibus (172a) conversatus est.”⁸ Deus vero in natura sua ab hominibus non potuit videri,⁹ et ideo ut videretur, de beata virgine voluit incarnari, atque ut homines exemplo eius informarentur, cum ipsis dignatus est conversari. Si autem ab
 30 aliquo cum Iudeis dubitatur, an ipse sit qui venturus promit-

¹ Isa. vii¹⁴.

² Rich. de S. Viet., de Emman. II § 25, Migne, P.L. cxcvi⁶³⁹.

³ Ps. lxxxiv¹³.

⁴ Aug. de Nat. xxxvi, Migne, P.L. xliv²⁷; Bern. Epist. clxxxiv⁷, Migne, P.L. clxxxii³³⁵; Thom. Aq., Summ. III qu. xxvii³; Bonavent. in libro III Sent.: Dist. III qu. 1², qu. 1⁴, Dist. xviii n. 18; Scot. Theol. Summ. III qu. xxvii²; Hurter, Theol. Dog. Tom I Tract. vii § vi⁴³⁸.

⁵ Mal. iv².

⁶ Ps. ii⁷.

⁷ Isa. ix⁶.

⁸ Bar. iii³⁸.

⁹ I ad Tim. vi¹⁶.

tebatur, de hoc per Daniele[m] apertissime et plenarie certificatur. "Cum venerit," inquit, "sanctus sanctorum cessabit unctio Iudeorum."¹ Certissime ergo agnoscatur Christus sanctus sanctorum, quia in adventu eius cessaverunt esse inuncti, id est
 5 reges et pontifices ipsorum.² De nativitate etiam et apparitione eius dicit enim Abacuch, "Domine consideravi opera tua, et expavi, quoniam in medio dirorum animalium innotesceris."³ Hoc ad literam adimpletum esse manifeste demonstratur, quoniam Christus a pastoribus in presepio animalium fuit
 10 inventus,⁴ et a magis devote ac reverenter adoratus.⁵ De eodem vero ait Ysaïas, "surge, illuminare Ierusalem, quia gloria Domini super te orta est,"⁶ "et ambulabunt gentes in lumine tuo, et reges in splendore ortus tui."⁷ "Omnes de Saba venient aurum et thus deferentes, et laudem Domino annunciantes."⁸
 15 Hoc in Bethlehem enim, que in finibus Ierusalem est, completum cognoscitur, in qua Christus, qui est gloria Dei patris, ex virgine Maria (172b) secundum carnem fuit natus,⁹ et a gentibus in lumine nove stelle ambulantis velut Deus rex et homo humiliter adoratus, atque mistica munera, scilicet aurum thus
 20 et mirram fideliter offerendo sublimiter predicatus. De hoc quoque per psalmistam dicitur, "adorate Dominum in aula sancta eius,"¹⁰ et "reges Tharsis et insule munera offerent: reges Arabum et Saba dona adducent et adorabunt cum omnes reges omnes gentes servient ei."¹¹ Hec autem omnia ad literam,
 25 sicut dictum est, perfecte videntur consummata. De oblatione autem eius in templo¹² dixit psalmista, "suscepimus, Deus, misericordiam tuam in medio templi tui,"¹³ id est, Christum in scripturis sanctis misericordiam Dei pluries nominatum, unde illud, "ostende nobis, Domine, misericordiam tuam et salutare
 30 tuum da nobis,"¹⁴ et "misericordia Domini ab eterno et usque in eternum,"¹⁵ et "Deus meus, misericordia mea."¹⁶ De eodem

¹ This reference to Daniel, cap. ix, is given by Rich. de S. Vict., de Emman. II § 14; Migne, P.L. cxcvi⁶⁴⁸: the actual words of the quotation are not in Daniel.

² Rich. de S. Vict., Tract. Excep. iv § 13 Migne, P.L. clxxii²⁶⁶.

³ Hab. iii¹.

⁴ Luc. ii¹⁶.

⁵ Matt. ii¹¹.

⁶ Isa. lx¹.

⁷ Isa. lx³.

⁸ Isa. lx⁶.

⁹ Matt. ii¹.

¹⁰ Ps. xxviii², xcv⁹.

¹¹ Ps. lxxi¹⁰, 11.

¹² Luc. ii²².

¹³ Ps. xlvii¹⁰.

¹⁴ Ps. lxxxiv⁸.

¹⁵ Ps. cii¹⁷.

¹⁶ Ps. cxliii².

etiam ait Malachias, "ecce veniet ad templum suum Dominator Dominus,"¹ id est Christus, "et erunt,"² scilicet Ioseph et Maria "offerentes"² eum "Domino, sacrificium in iustitia."² De nova eius predicatione, in persona eius dicit Ysaïas, "spiritus Domini super me, eo quod unxerit³ me, ad annunciandum mansuetis misit me: ut mederer contritis corde, et predicarem captivis indulgentiam, et clausis apertionem et annum⁴ placabilem Domino."⁵ (173a) Christus siquidem a Deo patre, spiritu sancto singulariter unctus propter hanc novam et mirabilem doctrinam esse probatur, per quam paupertas et mansuetudo annunciatur, contriti corde eternarum promissionum consolatione medentur, captivis et funibus peccatorum⁶ circumplexis in vera cordis contritione et confessione oris indulgentia predicatur, et in carcere Dyaboli per iniquitatem suarum aut infidelitatis desperationem et obstinationem clausis per fidem spem ac caritatem apercio denunciatur, et annus placabilis Domino, id est tempus acceptabile et dies salutis penitentie faciende, per quam Dominus plenarie placatur, omnibus misericorditer offertur. De miraculisque eius idem propheta ait, "ecce Deus noster veniet, et salvabit nos: tunc aperientur oculi cecorum, et aures surdorum patebunt: tunc saliet sicut cervus claudus, et soluta erit lingua mutorum."⁷ Per ista et alia plura miracula ac sanitates, que Christus veniens in carne non solum in corpore sed etiam in anima magnifice est operatus, Deus et Salvator mundi indubitanter non immerito est credendus. De festivo etiam adventu ipsius in Ierusalem⁸ Zacharias, "ecce rex tuus venit tibi mansuetus, (173b) sedens super asinam et filium⁹ subiugalis,"¹⁰ quod quidem Iesus in Ierusalem veniens sicut legitur complevit. De traditione autem eius dicit David, "homo pacis mee, in quo sperabam, et qui edebat panes meos, ampliavit adversum me supplantationem"¹¹: hoc etiam Iudas de Iesu consummavit.¹² De venditione vero ipsius in persona eius dixit Ieremias, "appenderunt mercedem meam, et triginta argenteis quibus appreciatus sum ab eis,"¹³ et hoc fecisse

¹ Mal. III¹.² Mal. III³.³ Ms. unxit⁴ Ms. agnum⁵ Is. LXI¹.⁶ Prov. v²².⁷ Isa. xxxv^{4,6}.⁸ Matt. xxi^{1,10}.⁹ Ms. et pullum subiugale¹⁰ Matt. xxi⁵ quoting Zach. ix⁹.¹¹ Ps. xl¹⁰.¹² Luc. xxi⁸; Matt. xxvi¹⁴; Marc. xiv¹⁰.¹³ Zach. xi^{12, 13}.

legimus¹ Iudam traditorem. De dispersione similiter discipulorum dicit Zacharias, "percutiam pastorem et dispergentur oves"²: capto enim Christo, omnes discipuli fugerunt ab eo.³ De passione vero et morte ipsius in persona eius dicit Ysayas, "corpus meum dedi percutientibus, et genas meas vellentibus"⁴ 5
 faciem meam non averti ab increpantibus et conspuentibus in me,"⁵ et "vulneratus est propter iniquitates nostras, et attritus est propter scelera nostra, et livore eius sanati sumus,"⁶ "oblatus est, quia ipse voluit, et non aperuit os suum: sicut 10
 ovis ad occisionem ducetur, et quasi agnus coram tondente se⁷ obmutescet et non aperiet os suum."⁸ "Tradidit in mortem animam suam et cum sceleratis reputatus est, et ipse peccata multorum tulit, et pro transgressoribus rogavit ut non perirent."⁹ (174a) Ecce quod, sicut manifestissime potest perpendi, apertius 15
 et lucidius de passione et morte Christi non potuit prophetari. De potu¹⁰ quoque eius dicit David, "dederunt in escam meam fel, et in siti mea potaverunt me aceto."¹¹ De divisione similiter vestimentorum¹² ipsius idem ait, "diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem"¹³: hec omnia 20
 sicut sunt predicta, ita occulta fide videntur adimpleta. De resurrectione¹⁴ vero ipsius, in persona eius dicit idem, "exurgam diluculo,"¹⁵ "quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem."¹⁶ Hoc autem propheta non de se ipso, cuius caro in terre pulvere reversa¹⁷ esse 25
 minime dubitatur, sed de Christo veraciter predixit, cuius caro tertia die resurgendo¹⁸ corruptionem non vidit. Et ad patrem, "tu cognovisti sessionem meam,"¹⁹ scilicet moriendo, "et resurrectionem meam,"¹⁹ scilicet resurgendo. De passione autem et resurrectione ipsius dicit Osee, "ipse cepit et sanabit nos: percutiet et curabit nos. Vivificabit nos post duos dies, in die 30
 tertia suscitabit nos et vivemus in conspectu eius,"²⁰ id est ipso

¹ Matt. xxvi¹⁵: Marc. xiv¹⁰: Luc. xxii⁵.

² Marc. xiv²⁷ quoting Zach. xiii⁷.

³ Matt. xxvi⁵⁶: Marc. xiv⁵⁰.

⁴ Ms. velantibus

⁵ Isa. l⁶.

⁶ Isa. liii⁵.

⁷ Ms. omits se.

⁸ Isa. liii⁷.

⁹ Isa. liii¹².

¹⁰ Matt. xxvii⁴⁸.

¹¹ Ps. lxxviii²².

¹² Matt. xxvii³⁵.

¹³ Ps. xxi¹⁹.

¹⁴ Luc. xxiv.

¹⁵ Ps. cvii³.

¹⁶ Ps. xv¹⁰.

¹⁷ Act. xiii³⁶.

¹⁸ Matt. xxviii¹: Marc. xvi¹:

Luc. xxiv¹: Ioan. xx¹.

¹⁹ Ps. cxxxviii².

²⁰ Osee vi².

resurgente, nos per mortem eius vivificati cum ipso resurgemus. De ascensione etiam (174b) eius dicit David, "ascendit Deus in iubilatione et Dominus in voce tube,"¹ et "qui ponit nubem ascensum suum et ambulat super pennas ventorum,"² et
 5 "ascendens in altum captivam³ captivitatem duxit, dedit dona hominibus."⁴ largiendo scilicet donum spiritus sancti fidelibus suis. De eodem vero dono spiritus sancti dicit Joel in persona eius, "effundam de spiritu meo super omnem carnem, et prophetabunt filii vestri et filie vestre"⁵; quod quidem in die penthecostes, quando apostolis spiritus sanctus fuit missus, completum fuisse demonstratur⁶; et psalmista, "emitte spiritum tuum et creabuntur, et renovabis faciem terre,"⁷ et
 10 Sapiens, "spiritus Domini replevit orbem terrarum, et hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis"⁸; repletis enim apostolis sanctis scientiam novam et voces diversas loquendi magnalia Dei⁹ contulit illis. Qui vero hiis omnibus prophetiis predictis in Christo et missione spiritus sancti, sicut apparet, plenarie consummatis ex toto corde crediderit, nunquam eum spiritus blasphemie superabit, et certe cuilibet quamvis infideli
 15 sufficere debuerant ad comprobendam incarnationem Christi, et missionem spiritus sancti tot testes et tam idonei, sed ut nichil dubietatis remaneat alii proferentur cum istis audiendi.

DE TESTIBUS CHRISTI.

CAPITULUM XXX.

(175a) De incarnatione itaque et nativitate Christi dicit
 25 Lucas euangelista, "missus est angelus Gabriel a Deo¹⁰ ad Mariam virginem dicens, 'Ave gratia plena! Dominus tecum! Ecce concipies et paries filium': que cum audisset, turbata est in sermone eius dicens, 'quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?' Respondens angelus dixit, 'spiritus sanctus superveniet in te, et virtus altissimi obumbrabit tibi, ideoque
 30 quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei'". Audis quod angelus ad virginem mittitur, in qua nuncium preveniens Dominus invenitur, sicut ei ab angelo dicitur, "Dominus tecum," ergo eam virginem, et iam cum ipsa Dominum esse nullatenus

¹ Ps. XLVI⁶.² Ps. CIII³ changed from 2nd to 3rd person.³ Ms. omits captivam and adds Dominus.⁴ ad Eph. IV⁸ quoting Ps. LXXVII¹⁹ and changing from 2nd to 3rd person.⁵ Act. II¹⁷ quoting Joel II²⁸.⁶ Act. II¹⁻⁴.⁷ Ps. CIII³⁰.⁸ Sap. I⁷.⁹ Act. II¹¹.¹⁰ Luc. I²⁶⁻³⁸, the vulgate text is not quoted in full.

dubitetur, que nisi in virginitate permanere disposuisset de nova salutatione et filii promissione minime turbata fuisset, et ideo quomodo id fiat sciscitatur, dicens, " quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco," id est, nullum cognosco, et deinceps
 5 cognoscere non propono: si enim cognoscere proposuisset, quomodo id posset fieri nunquam interrogasset. Cui cum angelus dixisset quod spiritus sanctus in eam superveniret, et quod qui¹ ex ea nasceretur filius Dei vocaretur, certa (175b) de virginitate non amittenda fidenter respondit, " ecce ancilla
 10 Domini! Fiat michi secundum verbum tuum," procul dubio certissime sciens quia non esset impossibile apud Deum omne verbum. Idem euuangelista narrat angelos gaudium huius nativitatis pastoribus annuntiasset, pastores ut viderent festinanter venisse, et sicut dictum est ad illos invenisse.² De
 15 quo cum postea baptizatus fuisset, idem dicit, " et Iesus³ erat incipiens quasi annorum triginta, ita ut putabitur filius Ioseph,"⁴ ac si aperte dicat, non erat filius eius, sed esse putabatur: per quod verbum omnis dubietatis scrupulus virginitatis beate Marie a cordibus fidelium merito removetur. Quod etiam
 20 Deus postea attestari videtur dicens, " hic est filius meus dilectus, in quo michi bene⁵ complacui,"⁶ id est, non Ioseph vel alicuius alterius viri. De eo similiter euuangelista testatur, quod " post passionem suam per dies quadraginta apparens"⁷ discipulis suis et loquens⁷ de resurrectione Dei, " videntibus
 25 illis elevatus est, et nubes suscepit eum ab oculis eorum."⁸ De missione etiam spiritus sancti idem dicit, cum essent discipuli in unum locum congregati " apparuerunt illis dispertite lingue tanquam ignis, seditque (176a) supra singulos eorum " spiritus sanctus, et " ceperunt loqui variis linguis prout spiritus sanctus
 30 dabat eloqui illis."⁹ De nativitate Christi similiter dicit euuangelista Matheus, quia " angelus Domini apparuit in somnis " Ioseph " dicens: noli timere: accipe Mariam coniugem tuam, quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est,"¹⁰ ac si dicat, non est de te vel de alio viro, sed est spiritus sancti operatio.
 35 Hic etiam narrat ab oriente tres magos,¹¹ stella duce, in Bethleem

¹ Ms. quia vocare esset² Luc. II⁸.16.³ Ms. Deus⁴ Luc. II²³.⁵ Matt. XVII⁵.⁶ Ms. complacuit⁷ Acts I³.⁸ Act. I⁹.⁹ Act. II³, 4.¹⁰ Matt. I²⁰.¹¹ Matt. II¹.

venisse et tria munera¹ mistica devote Iesu Christo obtulisse. De eo quoque dicit euuangelista Marcus, "iniciu euuangelii Iesu Christi Filii Dei,"² per hoc testificans ipsum non esse filium alicuius viri. De cuius ascensione idem dicit, quia "postquam locutus est" discipulis suis "assumptus est in celum et sedet a dextris Dei."³ De ipso autem dicit euuangelista Iohannis, "in principio erat verbum,⁴ et Deus erat verbum," "et verbum caro factum est et habitavit in nobis,"⁵ ac si aperte dicat, verbum, quod apud Deum patrem Deus erat, de beata virgine carnem assumens hoc dignatus est fieri, et cum hominibus conversari: per quod manifeste affirmatur, quod Iesus Christus Deus et homo est indubitanter credendus. Preterea tam hic quam ceteri euuangeliste de miraculis et passione ac resur-(176b)-rectione ipsius abundanter et fideliter sunt locuti, sicut in eorum euuangeliiis manifeste potest inveniri. Ipsum etiam Symeon in ulnas accipiens dixit, "nunc dimittis servum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum."⁶ Sic beatus Iohannis baptista videns eum venientem ad se dixit, "ecce agnus Dei! ecce qui tollit peccata mundi"⁷: propter quod Deus esse noscitur, quia nemo nisi Deus peccata dimittit.⁸ Et iterum ait, "qui me misit baptisare, ille michi dixit, 'super quem videris spiritum descendantem et manentem super eum, ille est qui baptisat in spiritu sancto'; et ego vidi et testimonium perhibui, quia hic est filius Dei."⁹ De quo similiter beatus Paulus ait, quod Deus autem "promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem,"¹⁰ et "hoc sentite in vobis quod et in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se equalem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi¹¹ accipiens, in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo."¹² Et "multifarie multisque modis olim

¹ Matt. 11¹¹.

² Marc. 1¹.

³ Marc. xvi¹⁹.

⁴ Ioan. 1¹.

⁵ Ioan. 1¹¹.

⁶ Luc. 11²⁹, 30.

⁷ Ioan. 1²⁹.

⁸ Marc. 11⁷.

⁹ Ioan. 1³³, 34.

¹⁰ ad Rom. 1², 3.

¹¹ Ms. meus

¹² ad Phil. 11²-7.

Deus loquens patribus in prophetas (178a) per quem fecit et secula.¹ Ecce apparet quod in hiis omnibus manifeste Christus Iesus Deus et homo esse comprobatur. Similiter cum interrogasset discipulos suos quem eum esse crederent, Petrus pro omnibus respondit, "tu es Christus filius Dei vivi."² Eodem modo, centurio videns quia sic expirasset, dixit, "vere filius Dei erat iste."³ Sic latro in cruce pendens, cognovit cum Deum et regem esse, dicens, "memento mei Domine, dum veneris in regnum tuum."⁴ Similiter Thomas videndo et palpando cicatrices vulnerum eius exclamavit et dixit, "Dominus meus et Deus meus"⁵; cui Iesus respondit, "quia vidisti me, credidisti: beati qui non viderunt et crediderunt."⁵ Ut ergo tu beata sis, hiis fidelibus et ydoneis testibus credere non verearis, quod quidem si feceris spiritus blasphemie tibi minime poterit dominari.

DE VERBIS CHRISTI.

CAPITULUM XXXI.

Credenda similiter est divinitas et humanitas Christi pro eius veracibus verbis, patre attestante qui ait, "hic est filius meus dilectus, in quo michi complacui: ipsum audite."⁶ Secure ergo iam potest quicquid ei placet loqui, cui a patre per omnia iubetur obaudiri. Aperiens itaque os suum dixit, "beati pauperes spiritu (178b) et ve⁷ divitibus"⁸; plane hec nova doctrina et mandata, doctrina, inquam celestis. Olim enim populus cui hec sunt, scilicet ista temporalia, beatus dicebatur, nunc vero beatus esse diciter populus cuius est Dominus Deus eius. Nec mirum, quoniam qui de terra erant, de terra loquebantur, qui autem de celo venit, quia de sursum est, idcirco quod vidit et audivit hoc testatur⁹: et ideo per hoc se Deum esse, et de celo ad terras descendisse, demonstrat, quia temporalia contempnere, paupertatem virtutes et cetera talia spiritualia bona amare

¹ ad Heb. 1¹, ²: at end of the last line of page 176b there is a blank space sufficient for eight letters, and the next page is numbered 178 not 177: these pages are on separate folios. From the quotation the following has been omitted after prophetis:—novissime, diebus istis, locutus est nobis in filio, quem constituit heredem universorum. The Irish version gives the missing words loosely translated, as if the translator were translating from memory.

² Matt. xvi¹⁶.

³ Matt. xxvii⁵⁴.

⁴ Luc. xxiii⁴².

⁵ Ioan. xx²⁸, ²⁹.

⁶ II Pet. i¹⁷.

⁷ Ms. ne

⁸ Matt. v², ³.

⁹ Ioan. iii³¹, ³².

predicat. Deus enim spiritus est,¹ et ideo spiritales devotos et
 ista temporalia contemnentes amat: que omnia esse facienda
 nobis per Iesum Christum filium suum aperte annunciat. Quis
 enim hec unquam in terris predicasset, nisi ipse homo factus de
 5 celo veniens et celestem doctrinam afferens palam omnes
 docuisset? Propter quod cum duodenis factus fuit in medio
 doctorum audiens illos et interrogans sedebat,² dicens parentibus
 suis, "nescitis quia in hiis, que patris mei sunt, oportet me
 esse?"³ Et post modum super doctrinam ipsius mirantibus
 10 turbis quidam calumniabantur dicentes, "quomodo hic literas
 scit, cum non didicerit?"⁴ Erat enim eos docens, sicut potestat-
 em habens, non sicut Pharisei et Scribe (179a) eorum.⁵ Vides
 quod tam iuvenis corpore talem ac tantam ac tam spiritalem
 doctrinam scire aut loqui non posset, quam per etatem didicisse
 15 non valuisset, nisi Deus per eternitatem Antiquus⁶ Dierum
 fuisset, unde et dicebat, "ego principium qui et loquor vobis,"⁷
 utique principium sine principio, et, "hec est vita eterna, ut
 cognoscant te verum Deum, et quem misisti Iesum Christum,"⁸
 et "ego sum resurrectio et vita, qui credit in me non morietur
 20 in eternum."⁹ "Pater enim non iudicat quemquam,¹⁰ sed
 iudicium omne dedit filio, ut omnes honorificent filium sicut
 honorificant patrem,"¹¹ "si ergo creditis in Deum, et in me
 credite,"¹² "ego enim et pater unum sumus."¹³ "Qui videt
 me, videt et patrem,"¹⁴ "quia ego in patre, et pater in me est."¹⁵
 25 Ecce quomodo se Deum et omnimode similem patri fatetur, et
 ideo qui non credit in eum, morte eterna morietur. Sed dicit
 aliquis, "si Deus erat, quomodo mori timebat? Dixit enim
 'pater si fieri possit, transeat a me calix iste.'"¹⁶ Ad quod
 breviter respondetur: in hoc se verum Deum et verum hominem
 30 demonstravit: verum Deum et filium cum dixit, "pater,"
 verum hominem¹⁷ cum dixit, "si fieri potest, transeat a me
 calix iste."¹⁶ In hoc enim compassus est infirmioribus membris

¹ Ioan. iv²⁴.

² Luc. ii^{42, 46}.

³ Luc. ii¹⁹.

⁴ Ioan. vii¹⁵.

⁵ Matt. vii²⁹; Marc. i²².

⁶ Dan. vii^{9, 13, 22}.

⁷ Ioan. viii²⁵.

⁸ Ioan. xvii³.

⁹ Ioan. xi^{25, 26}.

¹⁰ Ms. quemquem

¹¹ Ioan. v^{22, 23}.

¹² Ioan. xiv¹.

¹³ Ioan. x³⁰.

¹⁴ Ioan. xiv⁹.

¹⁵ Ioan. xiv¹⁰.

¹⁶ Matt. xiv¹⁰.

¹⁷ Aug. Ennar. in Psal. c. § 7
Migne, P.L. xxxvii¹²⁸⁷.

suis, ne si forte pro aliqua (179b) adversitate vel infirmitate aut etiam morte timerent, desperarent dicentes, " si de membris Christi essemus nunquam timeremus." Nunc vero, si hoc quandoque accidat, minime desperent, sed si timuerint, exemplo
 5 eius animati respirent, et voluntati ipsius totaliter se commendent : propter quod sequitur, " non sicut ego volo, sed sicut tu,"¹ ac si dicat non mea voluntas fiat, que scilicet est secundum assumptam humanitatem, sed tua, que quidem michi et tibi est communis secundum eternam divinitatem. Ipse enim quando
 10 voluit quante potentie esset ostendit, cum querentibus se ad mortem dixit, " ego sum quem queritis " : illi vero, hoc audito, abierunt retro et ceciderunt in terram.² Ecce apparet quante potentie fuit, quando sola vox eius non potuit sustineri. Sed etiam Deum esse monstravit cum dixit, " pater dimitte illis,
 15 quia nesciunt quid faciunt."³ Predixerat enim Ysayas quod pro transgressoribus rogaret, ut non perirent.⁴ Similiter latroni misericordiam petenti dixit, " hodie mecum eris in paradiso,"⁵ per quod aperte se ostendit Deum esse paradisi et largitorem glorie celestis regni, et etiam in hoc quod dixit, " pater, in manus
 20 tuas commendo spiritum meum,"⁶ si autem filius eius non fuisset, tam secure et confidenter et (180a) maxime in fine sui, spiritum suum in manus eius non commendasset. Qui similiter post resurrectionem suam multociens discipulis suis apprensus et loquens de regno Dei dicebat, " data est michi omnis potestas
 25 in celo et in terra,"⁷ et probans⁸ eis se veraciter resurrexisse, aiebat, " palpate et videte, quoniam spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere."⁹ Qui etiam sicut omnipotens Deus insufflavit eis dicens, " accipite spiritum sanctum : quorum remiseritis peccata remittentur eis, et quorum retinueritis
 30 retenta¹⁰ sunt." Quem similiter iterum eis misit post ascensionem suam in celis, sicut ipsis promiserat adhuc existens in terris, " cum venerit " inquit " paraclytus, quem ego mittam vobis a patre, spiritum veritatis, qui a patre procedit, ille testimonium perhibebit de me,"¹¹ et " paraclytus spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia " ¹² :

¹ Matt. xxvi³⁹.² Ioan. xviii^{5, 8}.³ Luc. xxiii³⁴.⁴ Isa. liii¹².⁵ Luc. xxiii⁴³.⁶ Luc. xxiii⁴⁶.⁷ Matt. xxviii¹⁸.⁸ Ms. probatis⁹ Luc. xxiv³⁹.¹⁰ Ioan. xx^{22, 23}.¹¹ Ioan. xv^{26, 27}.¹² Ioan. xiv²⁶.

qui postquam eis in linguis igneis missus fuit,¹ corda ipsorum igne caritatis accendit, et scientia scripturarum illuminavit: sicque de piscatoribus ac ydiotis fecit magistros ac doctores totius mundi, quibus non potuerunt resistere Scribe et Pharisei,
 5 nec huiusmodi sapientes, sive astuti philosophi: quos similiter misit in mundi (180b) universum precipiens eis et dicens, "predicete euuangelium omni creature: qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit: qui vero non crediderit, con-
 10 dempnabitur."² Tu ergo ut salva fias, per hec sacra verba ipsum Deum esse indubitanter credas: qui enim non crediderit, dempnabitur et sine fine in tormentis inferni cum Dyabolo punietur. Ut autem predicta recolligam breviter: qui diligenter considerare voluerit quam inauditam et spiritalem doctrinam
 15 de celo veniens ad terram attulit, quam libere et constanter nemini parcens eam super terram predicavit, quam pie et confidenter in cruce pendens locutus fuit, quamque apostolis, sicut promiserat, spiritum sanctum misit et de piscatoribus et ydiotis magistros et doctores ecclesie fecit, ipsum Deum esse
 20 minime dubitabit: propter quod a spiritu blaphemie nunquam poterit superari.

DE OPERIBUS CHRISTI.

CAPITULUM XXXII.

Credenda est divinitas etiam et humanitas Christi propter sancta opera et miracula, que super terram corporaliter gessit, unde non credentibus dicebat, "si verbis meis non creditis,
 25 operibus credite."³ Deus enim et homo esse demonstratur per hoc quod legitur, "cum ieiunasset quadraginta diebus et quadraginta noctibus, postea (181a) esuriit."⁴ Quem postea Dyabolus temptans et nichil prevalens reliquit, "accesserunt angeli et ministrabant ei."⁵ Ecce apparet quod veraciter
 30 homo est, qui esuriit,⁶ et nichilominus veraciter Deus, cui ministrant angeli. Qui post modum ad nuptias vocatus, deficiente vino, aquam in vinum mutavit, quod fuit inicium signorum suorum quod fecit coram discipulis suis, et crediderunt in eum,⁷ omnibus pro ipso relictis.⁸ Ipse etiam cecos a
 35 nativitate et plures alios tactu vel solo verbo illuminavit, surdis

¹ Act. II³.² Marc. XVI^{15, 16}.³ Ioan. X³⁸.⁴ Matt. IV².⁵ Matt. IV¹¹.⁶ Ms. esurivit.⁷ Ioan. II^{11, 11}.⁸ Matt. XIX²⁷.

auditum reddidit, mutos loqui fecit, claudis gressum restituit et leprosos mundavit, paraliticos curavit, demones e corporibus eiecit, ydropicos sanavit, et omnes infirmitates et dolores ab egris ac male habentibus depulit, insuper mortuos suscitavit, et
 5 etiam Lazarum quatruiduanum fetentem ad vitam revocavit,¹ atque de quinque panibus et duobus piscibus quinque milia hominum satians, duodecim cophinos framentorum impleri precepit.² Non solum autem ipse hec omnia et alia plura per se adimplevit, sed etiam hec et maiora hiis discipulis facere
 10 donavit, unde dicebat eis, "infirmos curate, leprosos mundate, mortuos suscite, demones eicite, gratis accepistis, gratis date,"³ et (181b) "nolite gaudere in hoc, quod demones subiiciuntur vobis, sed potius in hoc gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in celis,"⁴ et "qui credit in me opera que
 15 ego facio et ipse faciet, et maiora horum faciet"⁵ ut omnes plus mirentur. Ipse etiam quoscunque volebat sibi solo⁶ iussu associabat, sicut Petrum,⁷ Andream,⁷ Iacobum,⁸ Iohannem,⁸ Matheum⁹ thelonearium et plures alios, quibus omnia terrena faciebat relinquere. Qui autem sic quos volebat sibi associando,
 20 miracula etiam per se ipsum faciendo, et aliis facienda donando, tam potenter hec omnia faciebat, quomodo putas si voluisset dives potens honoratus et sublimatus fuisset, et tamen nichil omnino terrenum habere voluit, sed semper pauper, mitis, humilis corde permansit, ac per hec se veraciter Deum esse,
 25 plus celestia quam terrena sectando demonstravit. Si enim gloriam huius mundi quesivisset, Iudeos, qui eum assidue persequabantur, reliquisset, et ad gentes transmigrasset, a quibus libentissime et gratanter receptus fuisset, cui etiam ut pote miracula et signa pro velle suo facienti summum honorem exhibuissent,¹⁰ et pre omnibus diis suis, qui hec facere non (182a)
 30 possunt, eum adorando et venerando devotissime coluissent,¹¹ sed ipse qui Deus et Rex celi et terre erat, ista pro nichilo ducens et solummodo salutem animarum, pro quibus venerat, querens, quesitus etiam a Iudeis ut rex fieret, aufugit,¹² ad mortem vero
 35 quesitus voluntarie ad eam et sponte properavit. Qui tempus

¹ Ioan. xi^{39, 43}.² Luc. ix¹³⁻¹⁷.³ Matt. x⁸.⁴ Luc. x²⁰.⁵ Ioan. xiv¹².⁶ Sic Ms., but read sibi soli ?⁷ Matt. iv¹⁸.⁸ Matt. iv²¹.⁹ Matt. ix⁹.¹⁰ Ms. exhibuisset¹¹ Ms. coluisset¹² Ioan. vi¹⁵.

enim et locum passionis predicere atque traditorem suum potuit demonstrare,¹ nunquam a Iudeis teneretur, nisi spontanea voluntate pateretur: non enim quia Iudeus potuit, sed quia ipse voluit est oblatu^s,² propter quod dicebat, "potestatem habeo ponendi animam, et iterum sumendi eam. Nemo tollit a me eam, sed ego pono eam, et iterum sumo eam."³ Propter quod cum tempus consideravit adesse miserendi, tempus, inquam illud preciosissimum sacrificium offerendi, tam alacriter ad passionem accessit et, ut ita dicam, tam confidenter in eam fixit pedem ut neque ad dexteram neque ad sinistram declinare, nec ad ea, que ei dicebantur, unquam attendere voluit,⁴ donec omnia, que de ipso in lege et prophetis et psalmis prefigurata et prenuntiata atque scripta erant, devote adimplendo consummavit, et ideo cum a pontificibus de sua doctrina requireretur,⁵ et cum a Pylato an rex esset interrogaretur,⁶ cum (182b) a militibus flagellis cederetur, cum purpura indutus et spinea corona coronatus tanquam rex illuderetur,⁷ cum ab Herode indutus veste alba sperneretur,⁸ cum in cruce pendens a Scribis et Phariseis blasphemaretur, et ab eis ut descenderet de cruce et sic in eum crederent, rogaretur,⁹ parum aut nichil respondit, sed pro salute omnium, ad quod venerat, moriendo in cruce pendens perseveravit. Qui, per hoc se illum agnum demonstravit de quo Ysaïas prophetando predixit, "tanquam ovis ad occisionem ducetur, et quasi agnus coram tondente se sine voce obmutescet: oblatu^s est quia ipse voluit,¹⁰ et peccatum multorum portavit."¹¹ Si enim quia de cruce descendisset credere voluissent, multo amplius quia a mortuis resurrexit et de clauso monumento vivus processit, in eum credere debuissent: maius namque fuit mortuum a mortuis resurrexisse, quam vivum de cruce descendisse. Qui quoque de ignorantia resurrectionis ipsius se nullatenus excusare possunt, quia ad custodiendum cum omni diligentia sepulcrum tot quot ipsimet voluerunt custodes apposuerunt¹²: qui quanto plures posuerunt et diligentius sepulcrum custodierunt, tanto ampli- (183a) -ores

¹ Matt. xvii²¹, xx¹⁸: Marc. ix³⁰: Luc. ix⁴⁴.

² Isa. liii⁷.

³ Ioan. x¹⁷⁻¹⁸.

⁴ Ms. noluit

⁵ Ioan. xviii¹⁹.

⁶ Ioan. xviii³³.

⁷ Ioan. xix¹⁻³.

⁸ Luc. xxiii¹¹.

⁹ Marc. xv³¹, 32.

¹⁰ Isa. liii⁷.

¹¹ Isa. liii¹².

¹² Matt. xxvii⁶²⁻⁶⁶.

et certiores testes de vera eius resurrectione reliquerunt. Ipse vero, post resurrectionem suam, discipulis suis per dies quadraginta in multis argumentis apparens,¹ et cum eis sepius manducans et bibens, ac ipsos de omnibus plenius instruens, videntibus illis, ascendit in celum, et decimo die post suam ascensionem, ipsis in unum locum congregatis promissum misit spiritum sanctum,² a quo tam constanter fuerunt roborati, ut pro ipso mortem et omnia tormenta sustinere deinceps alacriter essent³ parati. Multa quidem et alia signa fecit Iesus coram discipulis suis,⁴ que hic non possunt nec oportet conscribi: que vero scripta sunt sufficere debent, ut michi videtur, omni Christiano salutem anime sue humiliter et pie querenti. Ergo per ea credamus quia Iesus Christus est filius Dei, ut credentes vitam eternam habeamus in nomine ipsius. Tu vero ut vitam eternam in fine habeas, hiis, que de operibus eius veraciter sunt scripta, indubitanter credas: quod si fideliter feceris, spiritum blaphemie a mente tua penitus exsufflabis.

DE ESSE DEI ET TRIBUS SECTIS EIUS. CAPITULUM XXXIII.

Sunt autem nonnulli, qui non solum divinitatem et humanitatem Christi non credunt, (183b) sed etiam, quod deterius est, Deum esse credere contemnunt. A quibus recte queri potest quis eos fecit, si Deus, quem non credunt, eos non creavit? Oportet certe ut respondeas quicumque es qui hoc non credis, quod natura aut parentes tui, sive tu te ipsum fecisti. Quare ergo pulcriorem, sapientiorem, fortiorem ac longeviorem te non creasti? Si hoc facere non potuisti, ergo nec te ipsum fecisti. Hoc idem de parentibus vel de natura, que debilis est et infirma potest dici: ergo necesse est ut Deus sit, qui te et illa creavit. Sed dicis, "si Deus eternus est et nichil egenus, quare me talem non fecit?" Ad quod breviter respondetur, quod omnis creatura eterna esse non potest, quia initium accepit ut esset. Quod etiam si nichil egeret, materiam superbiendi habere posset, et dicere, quia non a Deo sed a se ipsa esset. Et infers quare etiam sunt pediculi, lentes, buffones et huiusmodi, cum potius ad detrimentum, quam ad aliquem profectum facta esse videantur? Respondebitur forsitan ut per hec et hiis similia omnipotentia Dei demonstraretur, sive ut te com-

¹ Act. 1³.² Act. 11^{1,4}.³ Ms. erant⁴ Ioan. XXI²⁵.

mendando, impugnando et terrendo qualis sis agnoscas, et nunquam de pulcritudine seu fortitudine aut hiis consimilibus cor tuum (184a) elevetur. Cuncta enim que a bono auctore sunt creata, in suo genere bona esse noscuntur¹ licet quedam
 5 sua perversitate aut malicia quandoque vitientur. Sed forte dicis, " plurimas sectas esse, et quod Deus diversimode colitur considero, et ideo cui earum me potissimum committere debeam prorsus ignoro." Ad quod breviter respondetur, quia omnes secte ad tres, scilicet paganorum Iudeorum et Christianorum
 10 reducuntur. In secta paganorum non multum debet immoveri, quia ydola manufacta, scilicet lapidea, lignea, argentea et huiusmodi non habentia sensum videndi, audiendi aut loquendi, pro Deo noscuntur colere et venerari. De secta ergo Iudeorum, qui a Deo legem acceperunt et Dei cultores quandoque fuerunt,
 15 breviter est dicendum. Hec usque ad adventum Christi² in suo statu permansit, sed in ipso secundum verba prophetarum finem accepit: unde sanctus patriarcha Iacob benedicens filios suos de Iuda dixit, " non auferetur sceptrum³ de Iuda, et dux de femore eius, donec veniat⁴ qui mittendus est, et ipse erit
 20 expectatio gentium."⁵ Hoc in Christo ad literam videmus impletum, quia de ipso dudum fuerat prenunciatum, post enim eius adventum reges de stirpe Iuda descendentes esse desierunt, qui prius in illa gente in (184b) magno honore et gloria fuerunt. Similiter pontifices, prophete, cerimonie et cetera legalia sacra-
 25 menta, adveniente gratia et veritate Novi Testamenti, cessaverunt, quia eius figura et umbra fuerunt.⁶ Et bene Christus expectatio non solum Iudeorum, sed etiam gentium dicitur, quia antea tantum notus in Iudea erat Deus, nunc autem in omni gente per universum mundum nomen ipsius
 30 glorificatur: merito quidem, quia non tantum Iudeorum sed etiam gentium Deus esse cognoscitur, et ideo sicut Iudei, sic etiam gentes glorie Dei per Christum participantur. Sed forte queris, quare Iudei vivere permittuntur a quibus Christus fuit crucifixus? Siquidem propter multas rationes, et specialiter
 35 propter tres. Primo: quia libri sacri ipsorum ad comprobendam et instruendam fidem nostram necessarij esse noscuntur, et

¹ Ms. sic, but read nascuntur? : cf. Conc. Lat. IV (an. 1215) § 1 de Fide Cath., Denz.-Bann. § 428.

² ad Rom. x⁴.

³ Ms. ceptrum, cf. supra p. 39⁸.

⁴ Ms. veniet

⁵ Gen. XLIX¹⁰.

⁶ ad Heb. x⁴.

etiam ut quocienscunque eos videmus passionem Christi ad
 memoriam devote revocemus. Secundo : quia in morte Christi
 dicendo, " sanguis eius sit super nos et super filios nostros,"¹
 participes sue dampnationis fecerunt posteros suos nondum
 5 natos, et ideo per universas terras merito disperguntur, ut ubique
 tam sceleratorum parentum ad confusionem suam et gloriam
 fidei Christiane se filios esse testentur. (185a) Tercio : quia
 secundum verba prophetarum in fine seculi ad predicationem
 Enoch et Elye omnes ad fidem Christi convertentur, et si fuerit
 10 numerus eorum sicut harena maris reliquie salvabuntur.² Hiis
 ergo rationibus diligenter consideratis, omnis dubietas³ fidei a
 corde cuiuslicet fidelis facillime debet amoveri, et solus Deus
 verus et eternus, quem fides Christiana pie colit, sincero cordis
 affectu amplecti et venerari. Quicumque autem hec fideliter
 15 crediderit, spiritum blaphemie nullatenus timebit.

DE SEPTEM ECCLESIE SACRAMENTIS. CAPITULUM XXXIIII.

Credenda similiter sunt a cunctis fidelibus septem ecclesie
 sacramenta ut pote a Christo vel a sancte matre ecclesia instituta
 et ordinata. Primum autem est baptismus, secundum
 20 confirmatio, tertium penitentia, quartum matrimonium,
 quintum sacer ordo, sextum eucaristia, septimum extrema
 unctio. Primum itaque instituit Christus dicens, " nisi quis
 renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto, non potest intrare in
 regnum Dei"⁴ : et ad apostolos, " ite ergo et docete omnes
 25 gentes, baptisantes eos in nomine patris et filii et spiritus
 sancti,"⁵ " qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit"⁶ ;
 quod quidem Christus per semetipsum implevit,⁷ (185b) non
 ut aquis purificaretur, sed ut aque baptismo eius consecrarentur.
 In ipso baptisate etiam, cum Christiani baptizantur, ad
 30 accipiendum spiritum sanctum crismate inunguntur : hoc vero
 columba designavit, in cuius specie spiritus sanctus in Christum
 descendit.⁸ Secundum : scilicet confirmatio, per quam gratia
 spiritus sancti fidelibus augetur, ab eo quod Christus ad se
 advocans parvulos⁹ et eis manus imponens inicium accepisse
 35 videtur, quod etiam apostoli fecisse leguntur, qui orantes super
 fideles, imponebant eis manus et accipiebant spiritum sanctum,¹⁰

¹ Matt. xxvii²⁵.² Isa. x²².³ Ms. duebietas⁴ Ioan. iii⁵.⁵ Matt. xxviii¹⁹.⁶ Marc. xvi¹⁶.⁷ Matt. iii^{15,16}.⁸ Marc. i¹⁰.⁹ Marc. x^{13,16}.¹⁰ Act. viii¹⁷.

quod quidem et episcopi faciunt cum confirmando Christiano inungunt. In cuius figura Christus caput adorandum angelis et tremendum potestatibus manibus Iohannis inclinasse videtur.¹ Tercium: id est penitentiam Christum docuit dicens, "regnum celorum vim patitur, et violenti rapiunt illud,"² et "gaudium est angelis Dei in celo super uno peccatore penitentiam agente"³: quam etiam apostoli predicaverunt, sicut de Petro legitur cum de morte Christi Iudeis loqueretur, "fratres" ait, "scio quod per ignorantiam egistis," "sed nunc penitemini, ut deleantur vestra delicta"⁴: quam etiam Christus per se ipsum consecravit, cum quadraginta diebus et quadraginta noctibus ieiunavit⁵ (186a) et alias diversas necessitates pro nobis voluntarie et angustias sustinendo non defecit: et sciendum quod vera penitentia in tribus consistit, videlicet:—in contritione cordis, confessione oris et satisfactione operis. Hec tria sunt necessaria cuilibet veraciter penitenti si possunt simul impleri. Confessio enim et satisfactio sine contritione, parum aut nichil prosunt. Contritio vero et confessio sine⁶ satisfactione, si fieri non potest, sufficiunt. Contritio autem et satisfactio sine confessione valent, si confessio aliquo impedimento non potest fieri. Similiter sola contritio, sine satisfactione et confessione, si fieri non possunt, sufficit. Quartum: id est matrimonium, a principio creationis a Deo fuit institutum, unde Christus de separatione ipsius querentibus ait, "quod Deus coniunxit, homo non separet."⁷ Hoc Christus per se ipsum figurative implevit, cum per sanguinem suum ecclesiam sibi in sponsam copulavit.⁸ "Propter fornicationem autem unus quisque vir uxorem habeat"⁹ et e converso. Quintum: id est sacer ordo a Christo est institutum sicut Petro dixisse legitur, "tibi dabo claves regni celorum, et quodcunque ligaveris super terram erit ligatum et in celis, et quodcunque solveris super terram erit solutum et in celis."¹⁰ Hoc idem postea omnibus apostolis, et per eos omnibus prelati,¹¹ "accipite spiri- (186b) -tum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, et quorum

¹ Matt. 11¹⁴⁻¹⁵.² Matt. 21¹².³ Luc. 15¹⁰.⁴ Act. 11¹⁷⁻¹⁹.⁵ Matt. 14².⁶ Ms. sine satisfactione follows non potest.⁷ Matt. 19⁶.⁸ ad Ephes. 5²⁵⁻²⁷.⁹ 1 ad Cor. 7¹².¹⁰ Matt. 16¹⁹.¹¹ The denial of this was one of the errors of Abelard condemned at Conc. Senonense (an. 1140) cf. Denz.-Bann. § 379.

retinueritis, retenta sunt"¹: quod etiam per se ipsum fecit, cum
 Magdalene² et multis aliis peccata dimisit, unde apostolus ait,
 " si cui donastis et ego quod donavi in persona Christi."³ Sextum
 vero eucaristiam Christus instituit, cum in cena accipiens panem
 5 et gratias agens, benedixit ac fregit et dedit discipulis suis dicens,
 " accipite et manducate ex hoc omnes: hoc est enim corpus
 meum ". Similiter et calicem postquam cenavit dicens, " accipite
 et bibite ex hoc omnes: hic est enim calix Novi Testamenti in
 sanguine meo, qui pro vobis effundetur."⁴ Nemo ex hiis, qui
 10 illi cene intererant, ei cum presens esset et querenti sufficienter
 respondere potuisset, tanquam dubitans dixit, " quid est quod
 dicis? Non video hic nisi panem et vinum, et tu dicis corpus
 esse et sanguinem tuum?" Hoc certe minime qui audierunt
 15 dixerunt, quia corpus et sanguinem eius esse, sicut eis dixerat,
 veraciter et indubitanter crediderunt.⁵ Audiant⁶ hoc infideles
 et erubescant qui de sacramento altaris eo quod non vident nisi
 species panis et vini aliquando insipienter dubitant. Pius enim
 Dominus sciens nostram infirmitatem quod non possemus
 20 bibere (187a) sanguinem crudum aut carnem crudam comedere,
 sub specie panis et vini hoc preciosissimum sacramentum corporis
 et sanguinis sui esse voluit, ut absque ullo horrore vel gravamine
 posset assumi. Indubitanter nanque credendum est tantum
 corporis et sanguinis Christi esse in manibus sacerdotis cum
 omnia que dicenda et facienda sunt adimpleverit, quantum de
 25 beata virgine processit vel pro salute omnium in cruce pependit,
 et etiam tante glorie et maiestatis quante est cum patre regnans
 in celis. Hoc autem sacramentum per se ipsum in die parasceue
 Deo patri obtulit, cum se hostiam mundam et immaculatam
 sacerdos et pontifex secundum ordinem Melchisedech factus in
 30 eternum⁷ pro salute totius mundi in altari crucis immolavit: qui
 etiam hoc sacramentum discipulis suis tradidit, eisque in
 memoriam sue passionis faciendum precepit⁸: quod quidem
 devote et fideliter adimpleverunt, ac posteris tam pro salute
 vivorum quam defunctorum⁹ faciendum mandaverunt, unde

¹ Ioan. xx²².² Luc. viii².³ II ad Cor. ii¹⁰.⁴ Matt. xxvi²⁶: Marc. xiv²²: Luc. xxi¹⁷⁻¹⁹: I ad Cor. xi²⁴⁻²⁵.⁵ Conc. Rom. (vi) (an. 1079). Denz.-Bann. § 355.⁶ Conc. Lat. (iv) (an. 1215). § I de Fide Cath., Denz.-Bann. § 430.⁷ ad Heb. v⁶, vii¹⁷: Ps. cix⁴.⁸ Luc. xxii¹⁹.⁹ Profess. Fidei . . . Waldensibus Praescripta (an. 1208), Denz.-Bann. § 427:

apostolus ait, "ego a Domino accepi quod et tradidi vobis. Quocienscunque enim manducaveritis panem hunc et calicem biberitis, tociens mortem Domini annunciabitis donec veniat,"¹ scilicet in fine mundi, ac si dicat, quocienscunque sacrosanctis
 5 (187b) sacramentis communicatis, tociens mortem Domini pro salute vestra factam representatis, cui membra vestra incessanter mortificando communicare, et usque in finem vite vestre indubitanter credendo adherere debetis. Propter quod sequitur, "probet autem se ipsum homo," scilicet veraciter confitendo et
 10 humiliter penitendo, "et sic" fideliter et secure "de pane illo edat et de calice bibat; qui enim manducat et bibit indigne," id est existens in gravibus peccatis aut voluntate peccandi, "iudicium sibi manducat et bibit,"² id est ex hoc mortem eternam habebit. Ergo ut istud sacrosanctum sacramentum
 15 secure quis accedat, necesse est ut bene vivendo talem se preparet, quod ex eo non mortem, sed vitam sumat, unde Dominus dicit, "qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem" scilicet digne et fideliter "habet vitam eternam,"³ "qui vero manducat meam carnem et bibit meum sanguinem,
 20 in me manet, et ego in eo"⁴: quasi dicat in me manet, scilicet gratiam, desiderium, devotionem, amorem et vitam, quibus in bonis operibus et virtutibus nutriatur ac proficiat ex me accipiendo: "et ego in eo," scilicet ipsum ex viciis conservando atque in virtutibus et bonis operibus constantiam custodiam et
 25 perseverantiam conferendo. (188a) Septimum est extrema unctio, per quam gratia spiritus sancti unicuique fideli augetur: propter quod fidelibus in extremis positis confertur, ut ipsa abundantius repleti a Domino citius et iocundius recipiantur: unde beatus Iacobus ait, "infirmatur quis in vobis? Inducat presbiteros⁵
 30 ecclesie et orent super eum, unguentes eum oleo in nomine Domini: et oratio fidei salvabit infirmum, et alleviabit eum Dominus: et si in peccatis fuerit, dimittentur⁶ ei." Per hoc patet quod hoc sacramentum non solum salutem anime operatur, verum etiam quandoque ipse infirmus ab egritudine sua citius

¹ 1 ad Cor. XI²³⁻²⁶.

² 1 ad Cor. XI²⁸⁻²⁹.

³ Ioan. VI⁵⁵.

⁴ Ioan. VI⁵⁷.

⁵ Ms. prebiteros

⁶ Iac. V¹⁴.

liberatur, quod tamen propter hoc nullatenus debet fieri, sed ut salus anime facilius possit obtineri.¹ Hoc Christus in se mystice suscepisse videtur, cum ante passionem et etiam post in sepulchro fuit inunctus,² non ut eo indiguissetur, sed ut nobis in extremis similiter facientibus gratiam abundantiore largiretur, ut enim ait beatus Iohannes, "gratiam pro gratia, et de plenitudine eius omnes accepimus,"³ et vide ne forte pro hiis tribus predictis unctionibus significandis Christus tercio voluerit inungi, primo: scilicet ad pedes cum ablutione lacrimarum,⁴ per quod unctio (188b) baptismatis, quod est primum sacramentum, et quasi ingressus ad fidem designari videtur, secundo: in capite quando alabastrum unguenti preciosi super illud fuit effusum,⁵ per quod confirmatio, que fit in capite ad ampliorem gratiam spiritus sancti accipiendam denotatur, tercio: in toto corpore cum in corpore sepulchro fuit positus,⁶ per quod extrema unctio, que fit in morte exterioribus corporis sensibus ad abundantiore gratiam spiritus sancti recipiendam aptissime figuratur. Tu autem si hiis predictis sacramentis fidem indubitanter adlibueris, nunquam spiritus blasphemie tue menti poterit dominari.

DE PURGATORIO.

CAPITULUM XXXV

Ignis etiam purgatorius ab universis Christianis fidelibus est credendus, in quo anime electorum, que ab hac luce non ad plenum purgate exeunt, post hanc vitam perfecte purgantur. Hinc autem Salvator dicere videtur, "si quis in spiritu sancto blaphemiam dixerit, neque in hoc seculo remittetur ei, neque in futuro"⁷: per hanc namque sententiam, sicut ait beatus Gregorius, "de quibusdam levibus culpis esse ante iudicium purgatorius ignis credendus est."⁸ Datur enim per ipsam intelligi quasdam culpas in hoc seculo, quasdam in (189a) futuro posse relaxari: quod enim de uno negatur, consequens intellectus

¹ Conc. Tic. (an. 850) Denz.-Bann. § 315. The Conc. Flor. (an. 1438), Denz.-Bann. § 700, says:—effectus vero est mentis sanatio et, in quantum autem expedit, ipsius etiam corporis.

² Marc. xiv⁸: Ioan. xix^{39,40}.

³ Ioan. i¹⁶.

⁴ Luc. vii³⁷⁻⁵⁰.

⁵ Matt. xxvi⁷.

⁶ Ioan. xix³⁹.

⁷ Marc. iii²⁹.

⁸ Greg. Dialog. lib iv § xxxix, Migne, P.L. lxxvii³⁹⁶.

patet quod de quibusdam conceditur: sed tamen, ut predixi, hoc de parvis minimisque peccatis fieri posse credendum est, sicut est assiduus ociosus sermo, immoderatus risus, aut error ignorantie in non gravibus rebus que cuncta etiam post mortem gravant, si adhuc in hac vita positus minime fuerint relaxata. Nam cum Paulus dicat Christum esse fundamentum atque subiungat, "si quis superedificaverit super hoc fundamentum aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fenum, stipulam, uniuscuiusque opus quale sit ignis probabit, ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem,"¹ quamvis hoc de igne tribulationis in hac nobis vite adhibito possit intelligi, tamen si quis hoc de igne future purgationis accipiat, pensandum² solicite est, quia illum dixit per ignem posse salvari, non qui super hoc fundamentum ferrum, es, vel plumbum edificat, id est peccata maiora et ideo duriora atque tunc iam insolabilia,³ sed ligna, fenum, stipulam, id est peccata minima atque levissima que ignis facillime consumat. Hoc tamen sciendum est, quia illic saltem de minimis nil quisque purgationis (189b) obtinebit, nisi bonis hoc actibus in hac adhuc vita positus, ut illuc obtineat, promereatur, et plerumque de culpis minimis ipse solus pavor egredientes animas iustorum purgat. Luce etiam clarius constat quia perfectorum iustorum anime mox ut huius carnis exeunt claustra,⁴ in celestibus sedibus recipiuntur. Quod et ipsa per se Veritas attestatur dicens, "ubicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur et aquile,"⁵ quia ubi ipse redemptor omnium est corpore, illuc procul dubio colliguntur et anime iustorum. Et Paulus dissolvi desiderat et cum Christo esse.⁶ Qui ergo in celo Christum esse non dubitat, nec Pauli animam esse in celo negat. Qui etiam dissolutionem sui corporis atque inhabitationem patere celestis dicit, "scimus quoniam si terrestris domus huius habitationis dissolvatur, quod edificationem habemus ex Deo, domum non manu factam eternam in celis."⁷ Hinc quoque beatus Augustinus dicit, "tempus autem, quod inter hominis mortem et ultimam resurrectionem

¹ I ad Cor. III¹¹⁻¹⁵.

² Ms. pensandum

³ Ms. scilicet

⁴ Lucret. I¹¹⁶, III³⁹⁷, VI¹¹⁵².

⁵ Luc. XVII³⁷.

⁶ ad Phil. I²³.

⁷ II ad Cor. V¹.

interpositum est, animas abditis receptaculis constat contineri, sicut unaquaeque digna est vel requie vel erumna pro eo quod sortita est in carne cum viveret¹ cum ergo sacrificia sive altaris sive quarumcunque elemosinarum pro baptizatis defunctis omnibus offerantur, pro valde bonis gratiarum actiones sunt, pro non valde malis (19 a) propitiationes sunt, pro valde malis, etiam si nulla sunt adiumenta mortuorum, qualescunque vivorum consolationes sunt."² Hinc etiam beatus Bernardus ait, "scitote fratres, quid post hanc vitam in purgabilibus locis centuplum, que fuerunt hic neglecta reddentur usque ad novissimum quadrantem. Scio enim quod durum est homini dissoluto apprehendere disciplinam, verboso silentium pati, vagari solito stabilem permanere, sed durius et multo durius erit futuras illas molestias tolerare"³: propter quod beatus plane qui sic de peccatis suis veraciter penitendo in presenti purgatur, ut post hanc vitam intactus illos molestissimos transvolet cruciatus.

DE RESURRECTIONE.

CAPITULUM XXXVI.

Resurrectio vero mortuorum in fine mundi futura cunctis fidelibus indubitanter est credenda. De ea enim Dominus ait, "ego sum resurrectio et vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet,⁴ et ego suscitabo eum in novissimo die"⁵ et "omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filii Dei"⁶ et "qui audierint vivent"⁷: et apostolus, "si enim credimus quod Iesus mortuus est et resurrexit, ita et Dominus eos qui dormierunt per Iesum adducet cum eo."⁸ (19 b) Quod⁹ si queriter quomodo hoc fiet, subiungit dicens, "quoniam ipse Dominus in iussu et in voce archangeli et in tuba Dei descendet de celo"¹⁰ et cetera usque itaque, et "in momento, in ictu oculi,

¹ Ms. has no blank space here to signify that a portion of the quotation is missing.

² Aug. de Octo Dulc. Quaest. II § IV, Migne, P.L. XL¹⁵⁸.

³ Bern. Sermon. in Ob. Dom. Hum. § VIII, Migne, P.L. CLXXXIII⁵¹⁸.

⁴ Ioan. XI²⁵.

⁵ Ioan. VI⁴⁰.

⁶ Ioan. V²⁸.

⁷ Ioan. V²⁵.

⁸ I ad Thess. IV¹³.

⁹ Ms. quid

¹⁰ I ad Thess. IV¹⁵.

in novissima tuba omnes resurgemus."¹ Et Ysayas, "resurgent" inquit "mortui, resurgent qui erant in sepulcris et letabuntur omnes qui sunt in terra: ros qui sanitas illis est, terra vero ipsorum cadet."² "Ros," id est dulcedo glorie celestis sanitas
 5 manet electis: "terra vero ipsorum impiorum," id est corpora dampnatorum cadent in profundum inferni. Et Daniel, "qui dormiunt in terre pulvere evigilabunt, alii in vitam eternam, alii in opprobrium sempiternum."³ Nemo autem miretur de pulvere mortuos posse resurgere, quia difficilius non est id quod
 10 fuit reformare, quoniam cuncta quae sunt de nichilo creantur.⁴ Unde beatus Augustinus ait, "absit⁵ ut ad resuscitanda⁶ corpora viteque reddenda non possit omnipotentia creatoris omnia renovare⁷ quae vel bestie vel ignis assumpsit, vel quod
 15 in pulverem cineremve collapsum, vel in humorem solutum, vel in auras est exaltatum,⁸ vel in aquas dispersum. Restituetur ergo quicquid de corporibus vivis vel mortuis periit, et simul cum eo, quod in sepulcris remansit, resurget in (191a) incorruptione⁹ atque in immortalitate¹⁰ vestitum. In eadem etiam carne quam vivendo gestamus, et non in alia resurgemus, unde Iob
 20 ait, "scio enim quod redemptor meus vivit, et in novissimo die de terra resurrecturus sum, et in carne mea videbo Deum salvatorem meum, quem visurus sum ego ipse, et non alius, et oculi mei conspecturi sunt."¹¹ Unde beatus Gregorius ait, "nos beati Iob fidem sequentes, et redemptorem nostrum cum corpore palpabili resurrexisse credentes, et veraciter fatemur carnem nostram post resurrectionem futuram et eandem et diversam, eandem per naturam, diversam per gloriam, eandem per veritatem, diversam per potentiam. Erit itaque subtilis quia incorruptibilis, erit palpabile quia non amittit essentiam veracis
 25 nature."¹² In eodem quoque sexu, scilicet vir in masculino, et

¹ I ad Cor. xv⁵².

² Isa. xxvi¹⁹.

³ Dan. xii².

⁴ Greg. xl Hom. in Euvang. lib II Hom xxvi¹², Migne, P.L. Lxxvi¹²⁰⁴.

⁵ Aug. de Civ. Dei lxxii²⁰, Migne, P.L. xli⁷⁸².

⁶ Ms. ressuscitanda

⁷ Aug. writes revocare.

⁸ Aug. writes exhalatum

⁹ Ms. corruptione

¹⁰ Ms. mortalitate

¹¹ Iob. xix^{25, 27}.

¹² Greg. Mor. lib. xiv § 77, Migne, P.L. Lxxv¹⁰⁷⁹.

mulier in feminino, omnes sunt resurrecturi, sicut Dominus ait, "in resurrectione neque nubent neque nubentur, sed erunt sicut angeli Dei in celo"¹; per quod, sicut beatus Augustinus ait, "uterque sexus resurrecturus non dubitatur. Non enim
 5 libido erit, quae confusionis causa esse probatur, nam priusquam peccassent vir et femina nudi erant et non confundebantur: corporibus ergo illis vicia detrahentur, natura servabitur. Qui ergo utrumque sexum instituit, utrumque (191b) restituet."² Similiter nichil omnino corporibus deerit, sicut Dominus ait,
 10 "capillus de capite vestro non peribit"³: nec propter hoc putandum quod gilbosi, sive claudi, vel mancus, aut ceci, seu nimis pingues vel machilenti et huiusmodi ad eandem de-
 15 formitatem resurgendo revertentur, sed sicut ait beatus Augustinus, "ibi quae prava sunt corrigentur et quod minus est quam quod decet unde et creator novit inde et supplebitur, et quod plus est quam quod decet materia servata integritate detrahetur. Similiter ea quae deformem factura fuerant enormitatem masse ipsi accessura esse non locis in quibus
 20 forma turpiter, velut si de limo vas fieret quod rursus in eundem limum redactum totum de toto iterum fieret, non esset necesse ut illa pars limi quae in ansa fuerat ad ansam rediret, aut quae fundum fecerat ipsa rursus faceret fundum, dum tamen totum reverteretur in totum, id est ille limus in totum vas nulla sui parte perdita remearet, quapropter capilli tonsi totiens, ungues quoque desecti ad loca sua deformiter non redibunt, nec
 25 tamen cuique resurgenti peribunt, quia in eandem carnem ut quemcunque locum ibi corporis teneant servata partium congruentia materie mutabilitate vertentur."⁴ "Neque hoc dixerim quod aliquid existimem corpori cuique periturum quod
 30 naturaliter inerat, sed servata (192a) integritate substantie, sola deformitas pereat: si enim statuam deformem artifex sine sui diminutione pulcriorem potest reformare, multo magis omnium artifex Deus creaturam suam monstruosam vel de-
 35 formem factam ex eadem materia absque aliqua sui diminutione, decentiorem et pulcriorem valebit reparare."⁵ Sciendum

¹ Matt. xxii³⁰.

² Aug. de Civ. Dei xxii¹⁷, Migne, P.L. xli⁷⁷⁸.

³ Luc. xxi¹⁸.

⁴ Aug. de Civ. Dei xxii¹⁹, Migne, P.L. xli⁷⁸⁰.

⁵ Aug. de Civ. Dei xxii¹⁴, Migne, P.L. xli⁷⁷⁶.

etiam quod infantes aut senes non parvuli vel decrepiti resurgent, sed sicut ait apostolus, " in mensuram etatis plenitudinis Christi " ¹ omnes occurrent : unde beatus Augustinus ait, ² " quod infantibus defunctis tardius accessurum erat tempore, hec sunt
 5 nullo Dei opere miro atque celerrimo recepturi. Restat ergo ut suam unusquisque recipiat mensuram quam vel habuit in iuventute, etiam si senex sit mortuus, vel fuerat habiturus si est ante defunctus, ergo quod apostolus ait, sic accipiamus dictum ut nec infra nec ultra juvenilem formam resurgant
 10 corpora mortuorum, sed in eius etate et in robore usque ad quam Christum hic pervenisse manifestum est, quod fuit circa numerum triginta annorum," tantum absit omnis deformitas omnis infirmitas omnis tarditas, omnisque corruptio, et si quid aliud illud non decet regnum in quo resurrectionis et promissionis
 15 filii equales erunt angelis Dei, si non corpore vel etate, certe (102b) felicitate. Quicumque autem hec veraciter credit, quibus infirmitatibus ac doloribus caro hic atteratur, et ne a bestiis vel vermibus devoretur, vel quomodo putrescat nunquam pertimescit, sed spe beate resurrectionis in amorem sui conditoris feliciter
 20 assidue inardescit.

DE DIE IUDICII.

CAPITULUM XXXVII.

Dies quoque iudicii in consummatione seculi venturus ab omnibus non immerito semper est metuendus. De ³ eo namque Salvator obiurgans civitates, que ad virtutes et verba eius non
 25 crediderant, comminando eis dicebat, " Tiro et Sydoni remissius erit in die iudicii quam vobis " ⁴ : hic evidentissime predicat diem iudicii esse venturum, et " cum venerit filius hominis in maiestate sua, et omnes angeli eius cum ipso, tunc sedebit super sedem maiestatis sue, et congregabuntur ad eum omnes gentes,
 30 et separabit eos ab invicem, sicut pastor segregat oves ab edis : ⁵ et statuit oves," id est electos " a dextris suis, et edos " id est reprobos " a sinistris " : et " amen dico vobis quod vos, qui reliquistis omnia, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue, sedebitis et vos super sedes iudicantes

¹ ad Ephes. iv¹³.

² Aug. de Civ. Dei xx¹¹, Migne, P.L. xli⁷⁷⁶.

³ Aug. de Civ. Dei xx § v¹, Migne, P.L. xli⁶⁶².

⁴ Matt. xi²².

⁵ Matt. xxv^{31, 33}.

duodecim tribus Israel."¹ Hinc beatus Ieronimus² ait, "hic discimus cum discipulis suis iudicaturum Iesum," (193a) non solum autem cum duodecim apostolis, sed etiam cum illis qui, omnibus relictis, eum fuerunt imitati: unde apostolus ait, 5 "nescitis quoniam angelos iudicabimus, quanto magis secularia,"³ et "omnes nos oportet astare ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque prout gessit in corpore suo, sive bonum sive malum,"⁴ et psalmista, "Deus manifeste veniet: Deus noster et non silebit: ignis in conspectu eius exardescet et in circuitu⁵ eius tempestas valida."⁶ Hinc beatus Augustinus ait, "hoc 10 nos de Domino nostro Iesu Christo intelligimus, quem speramus de celo esse venturum ad vivos et mortuos iudicandos. Manifestus enim veniet inter iustos et iniustos iudicaturus iuste, qui prius venit occultus ab iniustis iudicandus iniuste. Ipse, inquam, 15 manifestus veniet et non silebit, id est, in voce iudicis evidens apparebit, qui prius cum venisset occultus ante Pylatum iudicem siluit."⁷ Et Daniel, "ecce videbam et filius hominis venit in nubibus celi, iudicium sedit et libri aperti sunt."⁸ Et Apocalipsis "vidi thronum magnum, et sedentem super eum a cuius conspectu fugit celum et terra: et vidi mortuos magnos et pusillos 20 stantes in conspectu throni et libri aperti sunt et alius liber est apertus, qui est (193b) vite, et iudicati sunt mortui ex hiis, que scripta sunt in libris, secundum opera ipsorum: et qui non est inventus in libro vite scriptus, missus est in stagnum⁹ ignis"¹⁰: 25 hoc est dicere,¹¹ vidi Christum sedentem super sedem ad vivos et mortuos iudicandos, a cuius conspectu celum et terra fugit, quia celum et terra transibunt: "et libri aperti sunt," id est conscientie singulorum omnibus patebunt, in quibus eorum opera cernentur, per que et iudicabuntur: "et alius liber apertus est qui est vite," id est Christus in quo si quorum opera scripta 30

¹ Matt. XIX²⁸.

² Aug. de Civ. Dei XX § v³: the reference to Jerome is erroneous but appears in the Irish Version also. Migne, P.L. XLI⁶⁶³.

³ I ad Cor. VI³.

⁴ II ad Cor. V¹⁰.

⁵ Ms. conspectu

⁶ Ps. XLIX³.

⁷ Aug. de Civ. Dei XX § 24², Migne, P.L. XLI⁶⁹⁸.

⁸ Dan. VII^{10, 13}.

⁹ Ms. stannum

¹⁰ Apoc. XX^{11, 15}.

¹¹ Aug. de Civ. Dei XX § 14, Migne, P.L. XLI⁶⁷⁹.

non inveniuntur in stagnum¹ ignis, id est in tormenta inferni sine fine comburendi proicientur. Et Sophonias, “dies illa, dies ire, dies tribulationis et angustie, dies calamitatis et miserie, dies tenebrarum et caliginis, dies nebulæ et turbinis, dies tube et clangoris: et effundetur sanguis peccatorum sicut stercora, et
 5 argentum et aurum eorum non poterit eos liberare in die ire Domini.”² Hinc beatus Gregorius ait, “valde pensandum sub quanta districtione super corda reproborum diem illum propheta vidit anarescere, quam tot appellationibus non valet explicare.”³
 10 Illum ergo diem, illum, inquam, ante oculos ponite, et quicquid multo grave creditur in (194a) eius operatione levigatur. Adventum namque eterni iudicis tanto securiores quandoque videbitis, quanto nunc districtionem illius timendo praevenitis. Felix quoque, qui cuncta relinquendo per veram confessionem
 15 sic se in presenti diiudicat ut cum perfectis Christum sequentibus in futuro ceteros iudicaturus resideat, vel cum iustis et electis ad dexteram iudicandus assistat.

DE PENIS INFERNI.⁴

CAPITULUM XXXVIII.

Pene similiter inferni Dyabolo et dampnatis preparate, ab
 20 universis merito valde sunt abhorrende. De eis enim Deus reprobis est dicturus, “ite maledicti in ignem eternum, qui preparatus est Dyabolo et angelis⁵ eius,” et “ligatis manibus eius et pedibus, proiicite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentium.”⁶ Fletus, scilicet ex dolore, et stridor
 25 dentium ex furore. Et “timete eum, qui postquam occiderit, habet potestatem corpus et animam mittere in Gehennam.”⁷ “Gehenna vero que etiam stagnum ignis et sulphuris⁸ dicitur,” sicut beatus Augustinus ait, “corporeus ignis erit et cruciabit corpora dampnatorum et demones. Cur non dicamus, quamvis
 30 miris tamen veris modis etiam spiritus in corporeos⁹ posse pena corporalis ignis affligi, (194b) si spiritus hominum etiam ipsi

¹ Ms. stannum² Soph. 1⁵, 18.³ Greg. xl Hom. in Evang. lib. i Hom. xii § 4: Migne, P.L. lxxvi¹¹²¹.⁴ Hugo de S. Vict., de Sac. ii § 16, Migne, P.L. clxxvi⁵⁸³.⁵ Matt. xxv⁴¹.⁶ Matt. xxii¹³.⁷ Matt. x²⁸; Luc. xii⁵.⁸ Apoc. xx⁹.⁹ Hugo de S. Vict., de Sac. ii § 16³, Migne, P.L. clxxvi^{584.6}.

perfecto incorporei¹ et nunc potuerunt includi corporalibus membris, et tunc potuerunt corporum suorum vinculis insolubiliter alligari.”² Et psalmista, “pluet super peccatores laqueos, ignis, sulphur et spiritus procellarum pars calicis eorum.”³ Si hec pars calicis sunt, quanta ipsa tormenta erunt? Et laborabunt in eternum et vivent adhuc in finem, et non videbunt interitum. Hinc beatus Augustinus, “non enim nulla, sed sempiterna mors erit, quando nec vivere anima poterit Deum non habendo, nec doloribus corpus carere moriendo. Mors carnis animam repellit e corpore, mors eterna animam nolentem tenet in corpore.”⁴ Et beatus Gregorius ait, “ibi⁵ erit tortor sine defectu, et tortus sine defectu: nec qui torquet fatigatur, nec qui torquetur moritur.” Constat nimis et incunctanter verum esse, quia sicut finis non est gaudio bonorum, ita finis non est tormento malorum. Ostendunt enim quia in peccato “semper vivere cupiunt qui nunquam desinunt peccare dum vivunt, ad magnam ergo iustitiam iudicantis pertinet ut nunquam careant supplicio, qui in hac vita nunquam voluerunt carere peccato”⁶: ex qua re coguntur semper, ut et mortem sine morte et defectum sine defectu et finem (195a) sine fine patienter quatinus eis et mors “immortalis⁷ sit et defectus indeficiens et finis infinitus.” “Unus⁸ quidem Gehenne ignis credendus est, sed non uno modo omnes cruciat peccatores: uniuscuiusque etenim quantum exigit culpa, tantum illic sentietur et pena. Nam, sicut in hoc mundo sub uno sole multi consistunt, nec tamen eiusdem solis ardorem equaliter sentiunt, quia alius plus estuat, alius minus, ita illic in illo igne non est unus modus incendii, quia quod hic diversitas corporum hoc egit, illic diversitas peccatorum ut ignem non dissimilem habeant, et tamen eosdem singulos dissimiliter exurat.” “Si infernum ideo dicimus quia inferius iacet quam⁹ terra ad celum est, hoc esse infernus debet¹⁰ ad terram: unde et fortasse per psalmistam

¹ Ms. perfecti in corpore

² Aug. de Civ. Dei, XXI¹⁰, Migne, P.L. XLI⁷²⁴.

³ Ps. x⁷.

⁴ Hugo de S. Vict., de Sacr. II § 18³, Migne, P.L. CLXXVI⁶⁰⁹: Aug., de Civ. Dei, XXI³, Migne P.L. XLI⁷¹⁰.

⁵ cf. § 4: Greg. Mor. IX § 100, Migne, P.L. LXXV⁹¹⁵.

⁶ Greg. Mor. XXXIV—in caput XLI B. Job. § 36, Migne, P.L. LXXVI⁷³⁸.

⁷ Greg. Mor. IX § 100, Migne, P.L. LXXV⁹¹⁵.

⁸ Greg. Dialog. lib. IV § 43, Migne, P.L. LXXVII⁴⁰¹: Greg. Mor. IX § 98, Migne, P.L. LXXV⁹¹³.

⁹ Migne's Text reads quod

¹⁰ Ms. habet

dicitur, "liberasti animam meam ex inferno inferiori,"¹ ut infernus superior terra, infernus vero inferior sub terra esse credatur."² Et Iob, "ibunt ab aquis nivium ad calorem nimum,"³ hoc est ab aquis glacialibus et frigidissimis ad calorem ignis ineffabiliter ardentis. Et Ysaïas, "vermis eorum non morietur, et ignis non extinguetur."⁴ Utriusque, "id est ignis et vermis,"⁵ sicut beatus Augustinus dicit, (195b) "pena erit carnis, quia hoc in homine vindicabitur, quod secundum carnem vixit": et beatus Bernardus, "paveo Gehennam, paveo iudicis vultum ipsis quoque tremendum angelicis potestatibus. Contremisco ab ira potentis, a facie furoris eius, a fragore ruentis mundi, a conflagratione elementorum, et a tempestate valida, a voce archangeli, et a verbo aspero. Contremisco a dentibus bestie infernalis, a ventre inferi, a rugientibus preparatis ad escam. Horreo vermem rodentem, et ignem torrentem, fumum et vaporem et sulphur⁶ et spiritum procellarum. Horreo tenebras exteriores. 'Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrimarum,'⁷ ut preveniam fletibus fletum et stridorem dentium et manuum pedumque dura vincula, et pondus cathenarum prementium stringentium urentium nec consumentium?"⁸ Certe quisquis hec tormenta assidue pertimescendo sollicita et intenta meditatione pertractat, universas adversitates, angustias, infirmitates, paupertates, necessitates et vilitates supervenientes ac citissime pertranseuntes, non solum patienter sed etiam libentissime tolerat, ut illas ineffabiles penas eternas et sine fine mansuras expers et liber evadat.

DE FELICITATE ETERNA.

CAPITULUM XXXIX.

(196a) Felicitas etiam eterna, que iustis et electis est preparata, a diligentibus Deum ardenti animo incessanter est desideranda. De ea namque Dominus dicturus est electis, "venite benedicti patris mei possessuri regnum quod vobis paratum est ab origine

¹ Ps. LXXXV¹³.

² Greg. Dial. lib. IV § XLII, Migne, P.L. LXXXVII⁴⁰⁰.

³ Iob. XXIV¹⁹.

⁴ Isa. LXVI²¹.

⁵ Aug. de Civ. Dei XXI⁹, Migne, P.L. XLI⁷²³.

⁶ Ms. sulphurem

⁷ Ier. IX¹.

⁸ Bern. Serm. in Cant. XVI § 7, Migne, P.L. CLXXXIII⁸⁵².

mundi,"¹ "et ego dispono vobis sicut disposuit michi pater meus regnum, ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo,"² et "fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum."³ O quanta putas claritas ibi erit, ubi unusquisque sicut sol fulgebit! "Que claritas," sicut dicit beatus Augustinus,⁴ "in Christi corpore cum surrexit ab oculis discipulorum potius abscondita fuisse⁵ quam defuisse credenda est, quia non eam ferret humanus atque infirmus aspectus": hec de claritate illius eterne felicitatis que indicibilis est dicta sufficiant. De leticia vero dicit Ysaïas, "venient in Syon," id est in speculationem illius beate visionis letantes, "et letitia sempiterna super capita eorum: gaudium et letitiam tenebunt, fugiet dolor et gemitus."⁶ "Erit ergo," sicut idem beatus Augustinus dicit,⁷ "illius civitatis⁸ et una in omnibus, inseparabilisque in singulis voluntas, libera ab omni malo (196b) liberata et impleta omni bono, fruens indesinenter eternorum iocunditate gaudiorum, oblita culparum, oblita penarum, nec ideo tamen sue liberationis oblita ut liberatori suo sit ingrata," "alioquin⁹ si se fuisse miseros nescituri sunt, quomodo misericordias Domini in eternum cantabunt? Quo cantico in gloriam glorie Christi, cuius sanguine liberati sumus, nichil profecto erit iocundius illi felicitati." Et beatus Gregorius ait, "iusti omnes et in Deo videbunt gaudia que percipiunt, et in dampnatis respicient supplicia que evaserunt, quatinus tanto magis in eternum divine glorie debitores se esse cognoscant, quanto in eternum mala puniri conspiciunt que eius adiutorio vicerunt."¹⁰ De laude quoque dicit psalmista, "beati qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te."¹¹ "Omnia autem membra et viscera incorruptibilis corporis," ut beatus Augustinus ait, "proficient in laudibus Dei."¹² "O quanta erit

¹ Matt. xxv³⁴.

² Luc. xxii^{29, 30}.

³ Matt. xiii⁴³.

⁴ Aug. de Civ. Dei xxii¹⁹ § 2, Migne, P.L. xli⁷⁸¹.

⁵ Ms. fuisset

⁶ Isa. xxxv¹⁰, li¹¹.

⁷ Aug. de Civ. Dei xxii³⁰ § 3, Migne, P.L. xli⁸⁰².

⁸ Ms. felicitatis

⁹ Aug. de Civ. Dei xxii³⁰ § 4, Migne, P.L. xli⁸⁰³.

¹⁰ Greg. Mor. lib. xxxiv in cap. xli B. Iob § 37, Migne, P.L. lxxvi⁷⁵⁰.

¹¹ Ps. lxxxiii⁵.

¹² Aug. de Civ. Dei xxii § 30, Migne, P.L. xli⁸⁰⁴.

illa felicitas, ubi nullum erit malum, nullumque latebit bonum, vacabitur Dei laudibus, qui erit omnia in omnibus”¹: “nam quid aliud agatur ubi pro nulla desidia cessabitur, et nulla indigentia laborabitur, nescio.”² De pace etiam et concordia
 5 idem psalmista ait, “lauda Ierusalem Dominum, lauda Deum tuum Syon, qui posuit fines tuos (197a) pacem, et adipe frumenti sariat te.”³ Beata quoque illa felicitas, ut beatus ait Augustinus,³ “id etiam magnum bonum in se videbit, quia
 10 nulli superiori ullus inferior invidet, sicut nunc non invidet archangelis ceteri angeli, tamque nollet esse unusquisque quod non accepit, quam nec in corpore oculus vult esse qui est digitus, vel qui pes est manus, sic itaque habebit donum alius alio minus, ut hoc quoque donum habeat nec velit amplius.” De abundantia
 15 autem ait idem psalmista,⁴ “inebriabuntur ab ubertate domus tue, et torrente voluptatum tuarum potabis eos,”⁵ et “quam magna multitudo⁶ dulcedinis tue Domine, quam abscondisti timentibus te.”⁷ “Certe ubi volet spiritus,” sicut dicit beatus Augustinus,⁸ “ibi protinus erit corpus.” “Premium quoque⁸
 20 virtutis erit ipse qui virtutem dedit sanctis, eisque⁹ seipsum quo nichil maius et melius posset esse promisit dicens,¹⁰ ‘ego ero unde iusti satientur. Ego ero quocumque ab omnibus hominibus honeste desiderantur et vita et salus et victus et copia et gloria et honor et pax et omnia bona.’ Sic enim et illud recte intelligitur, quod ait apostolus, “ut sit Deus omnia in omnibus,”¹¹ “ipse
 25 finis erit desideriorum nostrorum, qui sine fine videbitur, et sine fastidio amabitur, et sine fatigatione laudabitur (197b) hoc munus, hic affectus, hic actus profecto erit omnibus, sicut ipsa vita eterna communis,”¹² “ibi vacabimus et videbimus, videbimus

¹ Aug. de Civ. Dei xxii § 30, Migne, P.L. xli⁸⁰⁴.

² Ps. cxlvii^{12, 14}.

³ Aug. de Civ. Dei xxii § 30, Migne, P.L. xli⁸⁰².

⁴ Ms. salmista

⁵ Ps. xxxv⁹.

⁶ Ms. misericordia quoniam

⁷ Ps. xxx²⁰.

⁸ Aug. de Civ. Dei xxii³⁰, Migne, P.L. xli⁸⁰⁴.

⁹ Ms. quo

¹⁰ Aug. de Civ. Dei xxii³⁰, Migne, P.L. xli⁸⁰⁴. The omitted words are :—quid est enim aliud quod per prophetam dixit, ero illorum Deus et ipsi erunt mihi plebs [Levit. xxvi¹²] nisi ego ero. . . . For satientur Ms. has sitientur.

¹¹ I ad Cor. xv²⁸.

¹² Aug. de Civ. Dei. xxii³⁰ § 1, Migne, P.L. xli⁸⁰².

et amabimus, amabimus et laudabimus. Ecce quod erit in fine sine fine! Quia quis alius noster est finis, nisi pervenire ad agnum cuius nullus est finis?"¹ O vere felix anima, que sic ista in presenti assidue meditando, ardenti desiderio amplectitur, et ea dulci et suavi contemplatione speculando feliciter iocundatur, ut eis in fine perfrui sine fine delectabiliter et iocunde mereatur.

DE ASSERTIONIBUS FIDEI.

CAPITULUM XL.

10 Credenda est quoque fides divinitatis et humanitatis Christi, ac predictorum sacramentorum, atque ignis purgatorii cum reliquis ibi sequentibus, pro multis rationibus, que abundanter reperiuntur. Primo: scilicet quia sicut predictum est, a patriarchis est prefigurata, a prophetis prenunciata, ab angelis et euuangelistis demonstrata atque ab ipso Christo predicata
 15 et confirmata. Secundo: quia apostoli et discipuli Christi que oculis viderunt, auribus audierunt et manibus tractaverunt de verbo vite² fideliter omnibus predicaverunt et predicationem suam signis et miraculis (198a) sicut in actibus et passionibus eorum plenius legitur, manifeste confirmaverunt, pro quibus
 20 etiam diversa tormenta et innumera supplicia gratanter sustinuerunt, insuper in fine pro eis mori quam denegare maluerunt: quod utique nullatenus fecissent, nisi hec que predicabant pro certo vera esse cognovissent, aut de vita eterna vel de retributione sempiterna in aliquo dubitassent. Tercio:
 25 quia martires diversi sexus et etatis, scilicet senes et iuvenes, viri et iuventule virgines, solo auditu ex divina revelatione, sicut beatus Paulus et forsitan nonnulli alii huic fidei tam fideli et ardenti animo adhererunt ut vincula, carceres, exilia, feras, ignes et diversa alia tormentorum genera insuper et ipsam
 30 mortem non solum patienter, verum etiam iocunde et gratanter sustinuerunt: quod quidem nullatenus facere potuissent, nisi Christum in se manentem, et cum eis viriliter decertantem habuissent. Quarto: quia sancti patres et confessores Christi hoc calore fidei tam ardentem fuerunt succensi, ut omnia terrena
 35 penitus relinquentes et deserta loca a conversatione et habita-

¹ Aug. de Civ. Dei xxii³⁰ § 5, Migne, P.L. xli⁸⁰⁴.

² 1 Ioan. i¹.

5 tione hominum omnino remota petentes,¹ quidam ipsorum in
 cenobiis cum aliis omni obedientia superiori se subdiderunt, alii
 in speluncis et (198b) cavernis ac modicis cellulis latitantes,
 radicibus leguminibus herbis silvestribus vel modico pane cum
 10 aqua vitam suam sustentaverunt,² et usque ad decrepitam
 etatem, sicut beatus Paulus, Anthonius, Arsenius, Macharius,
 Hylarion et plures alii in tam arduo proposito perseverantes,
 voluptates, divitias, honores et cetera seculi blandimenta,
 15 inviolata fide superaverunt : quam quidem arduam et angustam
 vitam tanto tempore nullatenus sustinere voluissent, nisi divinis
 consolationibus revelationibus et visitationibus adiuti fuissent.
 Quinto : quia preclari literati subtiles et sapientes, sicut beatus
 Ambrosius, Ieronimus, Gregorius, Bernardus et pre omnibus
 20 Augustinus ac plures alii doctissimi viri diversas sectas et
 auctores plurimorum dogmatum ac varias doctrinas etiam
 fatigabiliter perscrutantes, et diligenter ac salubriter con-
 siderantes, universas tanquam hereticas et a vera fide peregrinas
 25 condempnaverunt, solam vero fidem ecclesie veram esse docuerunt,
 et pro ipsius tuitione contra infideles et hereticos incessanter
 decertaverunt, atque eam esse tenendam suis moribus et scriptis,
 prout apparet apertissime posteris mandaverunt : in qua etiam
 usque in finem vite fideliter permanserunt et in ea bono fine
 30 quieverunt : quod nullatenus tam subtiles et sapientes viri
 fecissent (199a) si alteram meliorem et securiorem fidem esse
 cognovissent. Sexto : quia nimis absurdum et stultum esse
 videtur quod quidem insipientes et ignari viri sive muliercule
 indocte et nichil scientes, fidem ecclesie coniectando aut temerarie
 35 perscrutando, vel insipienter ratiocinando, vel violenter ir-
 rumpendo impugnare conantur, et non magis tam sapientes et
 preclaros duces secure et fideliter imitantur, quoniam qui eos
 fuerunt assidue imitati a recto tramite fidei nunquam timeant
 separari, qui vero a consortio et ductu eorum fuerit deviatu-
 sicut ovis errans lupis inferni exponetur devorandus. Crede
 michi quia si unquam tale quid mentem meam pulsavit, quod
 40 tamen per Dei gratiam rarissime evenit, hiis ducibus con-
 sideratis, statim velut fumus impia cogitatio evanuit. Septimo :
 quia Dyabolus aliquociens non valens aliquos vel aliquas
 gravioribus peccatis subvertere, ut totum tempus suum in

¹ ad Heb. xi^{36.38}.² Ms. sustentaverunt

vacuum sumant, hoc vicio infidelitatis eos consuevit impugnare, et tales austeritates et disciplinas ordinis acidiose et cum tedio animi sustinere noscuntur, et ideo nulla spirituali dulcedine vel divina consolatione aliunde delectantur, sed suis immundis et
 5 superfluis cogitationibus merito opprimuntur. Qui enim (199b) scrutator est maiestatis, opprimetur a gloria. Octavo: quia quanto quis plus talibus cogitationibus fuerit intentus, tanto magis gravabitur et citius opprimetur, propter quod statim cum adesse sentiuntur, tanquam a vipereo serpente sive a vastissimo
 10 igne cum ingenti indignatione animi eas expuendo est fugiendum, et ad doctrinam sanctorum, ad passionem Christi fideliter recurrendum. Nonno: quia quicumque dubitat in fide, semper debet sanio rem partem eligere: quod fiet si se cum pluribus et sapientibus iungat, pauciores vero et insipientes relinquat.
 15 Et certe si diligenter voluerit explorare et curiosius, in comparatione unius dubitantis vel infidelis, viginti aut triginta vel multo plures Deum credentes poterit invenire. Decimo: quia magna insipientia esse convincitur, ut qui conceptus, natus, nutritus usque ad annos discretionis in fide Christiana
 20 est productus, tunc primum intra semetipsum inquirat de fidei veritate, et in fide antecessorum et parentum suorum dubitet permanere. Qui vel que talis est, dum de sua salute dubitat, omnes antecessores suos suo iudicio crudeliter dampnat. Undecimo: quia infideles semper latere volunt et nunquam publicari, quod signum est malicie et iniquitatis. Quis "enim male agit odit lucem et non venit ad lucem (200a) ne arguantur opera eius,"¹ fideles vero diligunt lucem et non verentur: non ut ipsi de bonis operibus, que ipsi agunt, ab hominibus honorentur, sed ut videntes ea inde proficiant, et pater eorum, qui in celis est, glorificetur.² Duodecimo: quia ipse creature, scilicet sol et luna et stelle noctem et diem illuminantes, arbores etiam, prata et cetera virentia, ipse quoque aves et omnes alie creature, operibus clamare videntur, "ipse fecit nos, et non ipsi nos."³ Si enim se fecissent libentius semper in pulchriori statu
 35 permanerent, quoniam secundum diversa tempora crescendo, minuendo, arescendo, renovando, florescendo et exsiccando statum

¹ Ioan. III²⁰.

² Matt. v¹⁶: I Pet. II¹².

³ Ps. xcix³.

suum mutarent. Tercio decimo: qui magis in fide fuerint
 perfecti, amplius miraculis et prodigiis a Domino meruerunt
 honorari, unde de beato Martino, Benedicto, Bernardo, Elyzabeth
 et pluribus aliis tam antiquis quam modernis legitur, quod
 5 quanto districtius et sanctius vixerunt, tanto amplius mortuos
 resuscitando,¹ leprosos mundando, demones eiiciendo et alia
 innumera signa faciendo fidem suam operibus approbaverunt.
 Quantum enim quis credere dinoscitur, tantum et operatur, et
 certe sicut peccatores et infideles miracula et signa multa facere
 10 non consueverunt (200b) sic nec isti nec eorum similes fecissent,
 si fideles et iusti non fuissent. Quarto decimo: quia cotidie
 peccatores et perversos a suis iniquitatibus videmus converti,
 et ibi quoque superabundare gratiam ubi iniquitas abundavit,²
 quod utique minime eis est attribuendum, sed Deo omnium
 15 bonorum largitori merito ascribendum. Maius enim miraculum
 est peccatorem et impium ad bene agendum et Deo serviendum
 revocare, quam defunctum a mortuis resuscitare³: iste enim
 resuscitatur⁴ iterum moriturus, peccator vero iustificatur sine
 fine victurus, et quia mortuus se non resuscitat,⁵ nec se iustificat
 20 iniquus, necesse est ut Deus sit qui hoc in utroque operetur.
 Quinto decimo: quia veri fideles sacramenta non nisi⁶
 aut ratione intelligere curant, ne per hoc meritum fidei amittant.
 "Fides enim," ut dicit apostolus,⁷ "est substantia sperandarum
 rerum, argumentum non apparentium": hinc beatus Gregorius
 25 ait, "quia fides non habet meritum, cui humana ratio prebet
 experimentum."⁸ Qui autem hiis tam manifestis documentis
 fidem adhibere satagit, omnem speciem blasphemie a mente sua
 facillime repellit. Ut ergo a cunctis fidelium mentibus tam
 nequissimus spiritus omnino procul pellatur, (201a) universis
 30 superius prefatis indubitanter credatur, videlicet, figuris
 declaratis, prophetiis adimpletis, testibus veridicis, verbis
 Christi veracissimis, operibus eius sanctis, approbate ipsius

¹ Ms. resuscitando

² ad Rom. v²⁰.

³ Ms. resuscitare

⁴ Ms. resuscitatur

⁵ Ms. resuscitat

⁶ No blank in Ms., but oculo seems to have dropped out, yet it is translated by the Irish: or read visu in place of nisi?

⁷ ad Heb. xi¹.

⁸ Greg. xl Hom. in Evang. lib. II Hom. xxvi § I, Migne, P.L. Lxxvi¹¹⁹⁷.

divinitati, septem ecclesie sacramentis, penis purgatorii, resurrectioni carnis, diei iudicii, tormentis inferni, eterne felicitati et assertionibus manifestis: idcirco autem hec tam morose et diversimode ac pluribus rationibus ad obviandum spiritui blaphemie tractavi, quia humani generis inimicus nonnullos fideles multis et diversis modis ex eo sepius temptare consuevit, et etiam ut de omnibus articulis fide credendis in cordibus fidelium nullus omnino scrupulus remaneat dubietatis: si ergo predicta firmiter credendo sensus tuos tam exteriores quam interiores, sicut prefatum est, assidue et solícite custodis, necesse est etiam tibi ut caute et prudenter apprehendas et attendas ubique et in omnibus locis ut per hoc coram Deo et hominibus grata et perfecta inveniariis.

DE ORATORIO.

CAPITULUM XLI.

Oratorium igitur ingressa, nunquam ibi sis ociosa, sed aut ores, aut mediteris vel psallas. Psalle itaque pure semper ac strenue: strenue¹ quidem, ut sicut reverenter (201b) ita et alacriter Deo assistas: non pigra, non somnolenta, non oscitans, non parcens voci, non precipdens verba dimidia, non integra transiliens, non fracta et remissa voce muliebri quoddam² de nare sonans, sed viriliter ut dignum est, et sonitu et affectu voces sancti spiritus depromens: pure vero, ut nil aliud dum psallis quam quod psallis cogites: nec solas dico vitandas cogitationes vanas et ociosas, vitande sunt etiam ille, illa dumtaxat hora et illo loco, quas officiales pro communi necessitate quasi necessario frequenter admittere compelluntur, sed ne illa quidem profecto tunc recipere consueverim: que forte paulo ante in claustro sedens in codicibus legeras salubria sunt, sed minime illa salubriter inter psallendum revolvis. Spiritus enim sanctus illa hora gratum non recipit quicquid aliud quod debes, neglecto eo quod debes obtuleris. Non etiam ibi signa facias, non rideas, non oculos circumferas, sed tanquam coram Deo et angelis eius assistens, mature et circumspecte te agas. Libenter³ quoque sacrosanctis misteriis singulis, scilicet

¹ Bern. Serm. in Cant. XLVII⁸, Migne P.L. CLXXXIII¹⁰¹¹. This quotation continues down to obtuleris (line 31) but Bernard uses the 2nd pl. not 2nd s. as here.

² Ms. quod a . . . blank space to end of line sufficient to contain four or five letters.

³ Conc. Lat. IV (an. 1215) § XXI, Denz.-Bann. § 194.

dominicis diebus communices, si id cum pace aliarum facere potes, sin autem quindenam nunquam transgrediaris, quia in ipsis salus, vita et resurrectio anime tue (202a) consistit : propter quod quecunque se ab hiis de facile subtrahit, magis in anima mortuam quam vivam se esse patenter ostendit. Terretur si quidem adversarius cum Christiani labia cruore videt Christi rubentia. Agnoscit enim profecto sue perditionis indicium, et divine victoriae, qua captivatus est et obrutus non tolerat instrumentum. Diebus vero quibus communicas, si pacifice fieri potest minime loquaris, quia parum sponsum et amicum tuum diligere comprobaris, si vel uno die in ebdomada aut quindena cum ipso dulciter quiescendo negligis delectari. Singulis etiam diebus assuescas aliquid dicere vel meditari, et semper intenta sis sollicite querere locum et horam seu spacium, quo id devotius valeat adimpleri. Cum autem oras, pauca verba et discreta ponderata ac dulciter masticata silenter loquaris, non gruniendo, aut tussiendo sive cetera huiusmodi faciendo, ut audiaris, sed solummodo stude ut oratio tua placeat ei quem deprecaris. Cum vero meditationi sancte insistis, non vi irrumpendo ad illa superna ascendere coneris, sed suavi ac dulci suspirio animi et supplici corde et intentione humili atque fideli tibi exores aperiri. Si autem introitum sentis tibi pateferi, segura ingredi in (202b) gaudium Domini¹ tui, ut cum ipso suavi iocunditate et dulce delectatione perfruaris. Credo² enim quod ingressa tanta amenitate perfunderis, ut nunquam ab ea de cetero desideres separari. Ibi, te queso, memento mei peccatoris. Cum vero coram altari vel alibi inclinas morose, humiliter et devote, Ave Maria vel aliud quid dicendo inclina, et tam ibi quam alibi et semper Deum habeto presentem in mente tua. Et cum psallis vel oras aut dicis privatas horas, quas tractim et morose dicere debes, nichil quippiam operis facias sive aliquid in manibus teneas, ne per hoc mens tua ab eo quod dicis abstrahatur³ et per diversa fluctuando evagetur.

DE CLAUSTRO.

CAPITULUM XLII.

35 In claustro cum ad lectionem accedis, noli huc atque illuc mente vagari, sed sollicite⁴ esto intenta sacre lectioni, sicque

¹ Matt. xxv²¹.

² I.T. says that this is a quotation from St. Bernard.

³ Ms. abtrahatur

⁴ Ms. solite

legas ut lectio te invitet ad orationem et tuam pascat devotionem.¹ Sic quoque ora ut oratio tua te remittat non ad iocos et fabulas, sed ad dulcem ac sacram lectionem. Noli etiam sedere in angulis vel in locis ubi a transeuntibus facilius videaris, et sic citius aut sepius a claustro evoceris, sed sedeas permixtim inter alias, ut per hoc studiosius et magis pacifice aliquid ex tua lectione mediteris, neque (203a) sedeas iuxta ociosas et libenter signa multiplicantes, ne ex hoc in aliquo perturberis, sed prope disciplinatas et Deum timentes, ut per eas edificeris, nec circuneas clastrum lectionem accipiendo ferendo sive fugitando, aut fabulose et nugaciter tempus tuum amittendo.

DE CAPITULO.

CAPITULUM XLIII.

In capitulo non facile loquaris, quia signum est monialis loquacis sive procacis aut dominationem ostendentis. Cum proclamaris, sive magnum sit, sive parvum, sive verum, sive falsum, nunquam te in aliquo excuses vel defendas, sed semper humiliter et devote emendam promittas, nisi forte tibi tam enorme vicium aut crimen imponatur, per quod infamia seu grave scandalum tibi vel aliis generetur. Licet enim de quibusdam, que tibi imponuntur, te culpabilem aliquociens non agnoscis, semper tamen cogitare debes quod multociens plurima deliquisti, de quibus sicut debueras Deo non satisfacisti. Nec facile aut cito reclames illam, que te proclamavit, ne vindictam expetere vel motionem anime tui exponere videaris. Cum autem stas in iudicio per omnia assimilare Christo, de quo dicitur, stat Iesus ante presidem, capite inclinato, (203b) aspectu in terra defixo, vultu placido, sermone raro, promptus ad opprobria et paratus ad verbera. Si vero aliquam proclamas, non vehementer vel ardentem, sine verba multiplicando aut iterando que dicenda sunt dicas, sed modeste, pie, breviter, caritative, nec de penitentia cures sed, proclamatione facta, totum arbitrio et discretioni presidentis relinque. Si autem capitulo prees, super proclamatas vel aliunde verba nunquam multiplices, sed culpas singularum, prout merita earum exigunt, prudenter et ordinate corrigas et emendes. Religiose enim et timorate vel disciplinate dulciter, pie et rationabiliter sunt

¹ Scal. Claust. xi.

admonende : indiscipline autem et rebelles acribus¹ verberibus
aut verbis austerioribus sunt corripiente. Penitentie namque
secundum excessus et merita singularum sunt iniungende,
scilicet ut superbe humiliantur, et si necesse fuerit, ultime
5 omnium constituentur : murmurose in silentio ponantur, vage
et dissolute in claustro teneantur, ambitiose officii priventur,
gulose ieiuniis affligantur et rebelles acribus¹ verberibus aut levi
culpa puniantur, curiose et familiaritates nimias queritantes a
colloquiis et licentia exeundi omnimodis abscidantur, et omnes
10 alie secundum modum et meritum operum et morum suorum
custodiantur. Prelatus quoque benevolus, qui non suum
commodum sed solummodo (204a) salutem animarum querit et
Deo veraciter placere desiderat ad religionem et disciplinam in
conventu reformandam, nutriendam et conservandam nullo
15 modo melius, ut michi videtur proficit, quam ut virtuosos
circumspectos et timoratos honoret et diligat, et eos ad sua
consilia semper advocet ac circa se teneat, et secum assidue
ducat, atque in officii suis et super omnia bona monasterii
sublevet et constituat, vagos autem murmuriosos et inordinatos
20 in claustro sub disciplina degere permittat, et si hoc forsitan
impatenter ferunt et quandoque perturbantur, audiant quia
melius est ut se solos corrodant, quam ceteri eorum pravis
moribus et verbis corrumpantur. Similiter e contrario nullo
modo citius religio et disciplina confunditur quam ut veraces et
25 prudentes despiciantur, et blandientes ac insipientes proponantur.
Propterea ut sapiens fias, semper sollicite devites hec, unde alie
merito culpantur, et facere studeas hec unde cetera digne
laudantur.

DE REFECTORIO.

CAPITULUM XLIII.

30 Refectarium non nimis aut cito aut tarde ingrediaris, tamen
melius est ut presidentem prevenias quam ab ipsa preveniaris.
Coram te nichil unquam quod manduces comporta, sed ut
sobriam te ostendas, hiis que communiter (204b) apponuntur,
esto contenta. Comedendo etiam oculos non circumferas, nec
35 comedentes vel pitancias, cum alicui deferuntur, quasi con-
ducendo, respicias : hec sunt indicia vacue et instabilis monialis,
atque pitancias plurimum affectantis. Sit quoque auris magis

¹ M- acris

intenta ad audiendam lectionem, quam venter ad escam sumendam. Non ibi similiter signa facile facias, nec prior ad cibum sumendum manus extendas, neque posterior eas a cibo retrahas. Noli quoque ibi multum letari sive contristari, 5 ne de abundantia vel paucitate escarum id facere videaris. Cum autem pitancia tibi datur vel a presidente mittitur, modice assurgendo deferenti mediocriter inclina, non nimis profunde, ne hoc pro desiderio pitancie, nec etiam nimis rigide, ne id ex despectu facere videaris. Cum autem pitancia tibi datur, non 10 hylarius gratias referas cum tibi abundanter apponuntur, nec tristius cum rarius habentur. Si circumis mensas ut aliis ministros, vel quippiam facias, non leviter aut segniter, sed mature aut circumspecte te geras.

DE DORMITORIO.

CAPITULUM XLV.

15 Dormitorium semper cum primis ascendas vel descendas, et ante lectum tuum non diu stes, neque diu super ipsum resideas : honeste autem et pudorate te discalciando et vestes (205a) circumponendo te colloca, et cum collocata fueris, si dormire non potes, meditare aliquid boni vel dicas, ut per hoc citius 20 dormias et suavius requiescas. Ibi signa non multiplices, et sic oculos tuos discipline teneas ut lectos sodalium tuarum ignores. Ibi mature incede et sic ut neminem respicias et etiam ut nulla faciem tuam videre queat. Cum horologium pulsatur, non pigre et somnolenter, sed velociter ac festinanter 25 surgas et horas Beate Virginis, non sedendo si prevalet, sed potius stando dicas. Ad lectos aliarum nunquam eas, nec ad tuum aliquam ire permittas.

DE LABORE.

CAPITULUM XLVI.

30 Tempore laboris non stes ante auditorium dum tabula debet pulsari, ne audias loquentes vel ad loquendum ab aliqua velis evocari, sed secede in partem ut quiete dicere possis aliquam orationem. Et cum exis, non eas immediate post procedentem, nec procedas immediate posteriorem. Indisciplinatis aut noviciis in aliquo onere portando vel opere faciendo aut eundo 35 sive redeundo non te facile iungas, et, cum pausas cum talibus sive segregata ab aliis, minime resideas, sed iuxta seniores et maturas semper pausando vel laborando, aliquid spirituale

(205b) mediteris, aut psalmos sive alias orationes dicas, ne signa seu levitates faciendo sive mente vagando fructum laboris amittas. Cum monialibus extraneis sive hospitibus nunquam magnam familiaritatem habeas, quia cuius voluntatis aut religionis sunt ignoras. Cum custode laboris nunquam facile et nisi fiat pro necessitate loquaris, quem si aliunde custodis, verba non multiplices, ne aliis des occasionem scandalizandi et ne orationes earum impediatur occasione tue locacitatis. Si magnos labores non potes sustinere, vilioribus et abiectioribus eos studeas recompensare.

DE EUNDO IN VIA.

CAPITULUM XLVII.

Raro et non facile neque libenter de monasterio egrediaris: quod si aliunde oportet fieri, citius quam potes revertaris, semperque cogita quod tempus non reversurum transit, et ideo magis doleas si illud vagando et discurrendo amittis. Quantumcunque demoreris quandoque tandem illuc oportebit te reverti. Cum foris es, non magnas facias expensas, nec a quoquam pro te fieri permittas. Cum aliquo viro, quamvis cognato aut religioso nunquam sola sedeas aut loquaris, ne aliis des occasionem et materiam male dicendi. A sodali tua nullatenus disiungas, ne ipsa aut tu aliquod detrimentum (206a) vel infamiam incurras. In verbis et motibus aut gestu corporis tui cunctis des exemplum edificandi. Secularibus et maxime viris nunquam velis esse familiaris, nec filios aut filias spirituales facere cures,¹ sub occasione eos convertendi, quoniam ista sunt quasi subversio et evacuatio quietis animi ac religiosi. A nemine etiam somnia aut visiones unquam² curiose vagando requiras, sed magis bona opera et virtutes, quibus ad meliora proficias: illa enim indicia sunt superstitiose curiositatis, hec vero virtutis et veracis religionis: per illa similiter requirentes aut requisiti quandoque in errorem inducuntur, per hec autem primitie dulcedinis glorie celestis secure possidentur. Neque etiam unquam discurras occasione orationes et talia queritandi, quia si per hoc interdum videris aliquid lucrari, tamen in detrimentum acquiris, quia nonnullis, quibus egressus denegatur, dat occasionem murmurandi sive scandalizandi: propter quod

¹ Hen. Salt. Ms. Cott. Nero. A7 ff 119b 120a. Chronicle of Matthew Paris (Rolls Series).

² Ms. nunquam

omnibus periculis tam tuis quam alienis diligenter consideratis, secure consulo tibi ut in domo tua sedens in silentio et quiete salutem tuam opereris.¹

DE INFIRMITORIO.

CAPITULUM XLVIII.

5 In infirmitorio cum infirmis ministras aut ipsa infirmaris, de rebus secularibus (206b) et vacuis loquentes non libenter audias, nec tu similia loquaris, quoniam quanto amplius aliqua corpore infirmatur, tanto magis ei sunt dicenda sancta et spiritualia verba unde animus ipsius in fide et spe et dilectione
10 Dei dulcius robetur, et etiam quanto plus aliqua ad mortem appropinquare videtur, tanto magis de vita eterna et gloria celesti est ei loquendum, ut adhuc concupiscenda et desideranda anima ipsius ardentius accendatur. De cibis et victu tuo ad minus quam potes oneres servientes tuas, nec ea que de facili
15 haberi non possunt, si abstinere potes, requiras: quod si etiam necessaria pro paupertate domus vel aliqua alia occasione defuerint, gaude pie in Domino et minime contristeris, quia quanto maiores paupertates et angustias hic patienter et iocunde sustinueris, tanto maiora premia a Deo omnium bonorum remuneratore in fine habebis. Similiter si despectui haberi
20 et pro nichilo ac vilipenderis non doleas nec in aliquo perturberis, quia quanto plus ab aliis abiiceris aut relinqueris, tanto magis a dulcissimo sponso tuo Christo Iesu dulcius amplecti et sepius mereberis consolari. Pro minimo ergo ducenda est visitatio aut labilis (207a) et deficiens consolatio sodalium, ubi adest
25 presentia et interna consolatio Dei ac frequens et iugis visitatio sanctorum angelorum. Talia sepius accidere solent hiis, que de sua paupertate et abiectioe gaudent, dicentes cum psalmista, "ego sum pauper et dolens,"² id est paupertate et doloribus
30 plena, Dominus autem sollicitus est mei, scilicet me sollicite confortans visitatione superna. Si vero ad ista pertingere cupis, semper in primis peccata tua veraciter et integre confitearis, atque sollicite et fideliter requiras ut sacramenta divina, scilicet eucaristia et unctio extrema, cum visum fuerit
35 expedire, sollicite afferantur tibi: que postquam receperis, in fide et spe bonitatis et misericordie Dei secure vocationem

¹ ad Phil. II¹².

² Ps. LXVIII³⁰.

tuam expecta, ut sic recipere in fine merearis eternam remunerationem in illa celesti felicitate et gloria sine fine mansura. Amen. Si sic omnes sensus tuos interiores et exteriores omnibus horis et in cunctis locis solícite ac studiose custodieris, conveniens
5 habitaculum et pulcrum locum in corde et corpore tuo sponso tuo preparasti.

DE SANCTIS REQUIRENDIS.

CAPITULUM XLIX.

Ut autem dulcissimus dilectus tuus Iesus Christus ardentius concupiscat puritatem tui decoris, necesse est ut ab omnibus
10 viciis et maculis peccatorum incessanter perfecte munderis: (207b) quod quidem fiet si singulis diebus in orationibus tuis ei peccata tua fideliter confítearis, et de ipsis in contritione cordis veraciter compuncta condigne penitendo, lacrimis ubertim defluentibus diligenter laveris, atque vestibis mundis ac
15 preciosis, id est virtutum et bonorum operum meritis decenter adorneris. Sed forte quia pauper es et hec per te ipsam habere vel acquirere non potes, oportet ut ad auxilia amicorum et cognatorum tuorum honorem ac gloriam tuam plurimum desiderantium, id est beatorum spirituum ac omnium sanctorum
20 fidenter confugas, et eos toto cordis affectu et precum instantia exores supplex et devota, ut tui misereantur et te adiuvent ad ea sufficienter habenda atque secure possidenda: quos quidem studiose requiras, non autem per vicos et plateas discurrendo, non terras et diversa loca circumeundo, non regiones et
25 provincias perlustrando, non denique flumina et maria transfretando, sed in aliquo secretiori loculo aut cubiculo abscondito et secreto. In quo cum ad ipsos requirendos ingressa fueris, omnibus curis et cogitationibus superfluis foras eiectis, hostioque cordis clauso ne ullus aditus patefiat eis introeundus, ora ipsos
30 in pace et tranquillitate mentis.

DE BEATA VIRGINE ET CONFESIONE.¹

CAPITULUM L.

(208a) Beata itaque Virgo Maria prima omnium est requirenda, et tanquam regina et celorum domina suppliciter exoranda: quam quia illuminatrix vel stella maris interpretatur,² assidue

¹ Ms. confessoribus

² cf. supra p. 39²⁹. Jerome has this statement in slightly different words in several places, e.g. de Nom. Heb., Migne P.L. xxiii²¹, ⁹², Fragmenta Lib. Nom. Heb., Migne P.L. xxiii¹²¹⁴, ¹²³⁰; cf. Bernard. Hom. ii, Migne P.L. clxxxiii⁷⁰; cf. "et ideo convenit ei nomen Maria quae interpretatur Stella Maris," Aquinas, Opusc. Exposit. in Salut. Angel.

depreceris ut tanquam lumen prefulgidum et stella lucidissima te procedat, te conducat, et pro te exoret incessanter apud patrem misericordiarum et Deum totius consolationis,¹ ut tui misereri et te dignetur consolari, apud etiam dilectum filium

5 suum Dominum nostrum Iesum Christum, qui ad vocandos peccatores² ex ea voluit incarnari, et ut salvum faceret populum suum a peccatis eorum³ de ipsa dignatus est nasci, ut te in populo suo annumerare dignetur, quoniam qui in eo inventi fuerint a peccatis suis salvabuntur, apud quoque benignissimum

10 spiritum sanctum, qui ubi vult spirat⁴ et gratis iustificat impium, ut te gratis per gratiam ipsius iustificet, quia meritis sine operibus tuis iustificari non potes. Roga ergo ipsam ut huic beate et inseparabili ac individue trinitati te reconciliet, tuamque pacem apud ipsum reformet, te etiam ad eam conducat et perducat,

15 ut ipsi miseras et erumnas tuas presentialiter deflere queas: ad quam beatam divinam presentiam cum fueris ingressa, tunc lucidius prospicies quanto et quam fedo pulvere (208b) peccatorum sis respersa. Puto quod tunc ex amaritudine animi graviter ingemiscendo et in contritione cordis profunde suspirando, ei ut iustificeris iniquitates tuas devote confiteberis,

20 dicens, " ego⁵ sum illa infelix et misera, que illo tempore, illis in locis, illis diebus, illa hora, illis personis, illa peccata, illas circumstantias et hiis similia faciendo et peccando te impugnavi, atque in omnibus membris et sensibus meis, que michi ad serviendum

25 tibi contuleras, contra te bellum induxi: de corde scilicet varie, superflue, ociose, superbe, gulose, luxuriose, perverse, et cetera hiis similia cogitando, in quibus quandoque nimis diu sum demorata aut delectata, sive consentiens effecta: per oculos scilicet, ociose, curiose, superbe, iracunde, indignanter, gulose,

30 luxuriose, petulanter et cetera huiusmodi aspiciendo, et per hoc quandoque mortem anime mee procurando: per aures scilicet, detractiones, murmurationes, scurrilitates, blasfemias, nugas, adulationes, fabulationes, levitates, ociosa et iocosa verba auscultando, per que malas novitates quandoque retuli cordi

35 meo: per nares scilicet, flores, species fructus, cibos et hiis similia odorando, et in illis cordi ac sensibus meis delectamentum

¹ II ad Cor. I³.

² Marc. II¹⁷.

³ Matt. I 21.

⁴ Ioan. III⁸.

⁵ Cf. On Lofsong of Ure Lefdi, E.E.T.S.

requirendo : per os et linguam scilicet, detractiones, murmura-
 tiones, oblocutiones, maledicta, mendacia, (209a) iuramenta,
 periuria, scurrilitates, blasfemias, iactantias, adulationes, simula-
 5 et ociosa verba proferendo, per que multociens mortem introduxi
 in corde meo : similiter comedendo et bibendo ante horam
 curiose, gulose, delicate, superflue nimis et cetera huiusmodi,
 per que multociens infirmitates tam anime quam corporis
 10 acquisivi : de manibus scilicet, mala opera, signa, tactus
 immundos et cetera similia faciendo, per que animam meam me
 lesisse agnosco : per pedes scilicet, calciamenta stricta et curiosa
 habendo et dissolute ac superbe incedendo, atque perversas
 vias et malas societates sequendo, denique de toto corpore,
 15 scilicet, voluptates, mollicies, pigricias, somnolentias, carnali-
 tates, pausationes et cetera huiusmodi sectando, per que animam
 meam graviter vulnerasse non ignoro. De hiis ergo et de
 omnibus aliis peccatis meis sicut tu melius nosti, quecunque
 cogitatione locutione et opere peccavi, me ream confiteor
 et veniam deprecans ad te fontem pietatis et misericordie lavanda
 20 et mundanda accurro. Scio enim quia dixisti, " quacunque
 hora peccator ingemuerit, omnium iniquitatum eius non
 recordabor,"¹ et, " O anima peccatrix licet tu fornicata sis cum
 amatoribus multis, (209b) tamen ad me revertere et suscipiam
 te."² Hec sunt verba tua, qui verax, ymo qui veritas es, nulli
 25 blandiens neminem fallens : hec michi conferunt spem et fiduciam
 ad te revertendi. Lava ergo et munda me sicut tu promisisti.
 Tu es qui me de peccatis misericorditer retraxisti. Tu es qui
 paterne et blande michi veniam promisisti. Tu es qui michi
 ad te redire confidenter consuluisti, et quia verax es ac
 30 omnipotens es libera me non tantum a peccatis, sed etiam a
 pena peccati. O beata Virgo, que me ad hunc fontem benignis-
 simum lavandam adduxisti, adiuva me et esto sicut iure teneris,
 mea fida advocatrix, quia ut peccatores salvarentur mater eius
 ac per hoc regina celi esse meruisti." Cum ista meditando,
 35 prout pius Dominus dederit, animam tuam coram ipso et gloriosa
 matre eius effereris, ad beatos celestes spiritus ut ad penitentiam
 conlignam faciendam te adiuvent, toto corde devote reflectaris.

¹ Ezech. xviii²¹, ²².

² Ier. iii¹.

DE SANCTIS ANGELIS ET
PASSIONIBUS CHRISTI.

CAPITULUM LI.

Primo quoque accede ad beatos angelos, qui nuncii interpretantur, exorans eos ut de te bona nuncient, scilicet, quod peccata
 5 reliquisti. Secundo: ad archangelos, qui summa (210a) nunciant, ut devotionem tuam et tua desideria deferant in excelsis. Tercio: ad virtutes, per quos miracula et signa fiunt, ut que de morte anime revixisti, per eos virtutibus implearis. Quarto: ad potestates, qui aereas potestates ne tantum noceant
 10 quantum volunt sua potestate refrenent, ut te adiuvent ne ab illis unquam superata recidivum patiaris. Quinto: ad principatus, qui sibi subiectis spiritibus principantur, ut te conservent, ne superbia vel cetera vicia tibi unquam valeant principari. Sexto: ad dominationes, qui aliis spiritibus miro
 15 modo dominantur, ut te per veram humilitatem semper subiectam teneant tuo creatori. Septimo: ad thronos, per quos Deus sua iudicia discernit, ut te doceant sic tua opera discrete diiudicare, ne in fine pro eis iudicaris. Octavo: ad cherubia, qui plenitudo scientie dicuntur ut veram scientiam
 20 te doceant, per quam possis te salvare.¹ Nono: ad seraphin, qui incendium interpretantur, ut tibi incensam caritatem acquirant, per quam in amore Dei iugiter accendaris. Hos bonos spiritus sic singillatim visitando et aliquotiens quasi in unum congregando humiliter deprecare, quod suis precibus
 25 obtineant apud Deum ut penitentiam concedat tibi (210b) adimplere, quod ei ad laudem et gloriam et ipsis quibus est gaudium super uno peccatore penitentiam agente,² ad gaudium ad leticiam merito valeat pervenire. In hiis nunquam negligens aut pigra, sed vigilans et studiosa semper inveniaris. Non
 30 recogites quia illa maiora, scilicet mortalia aut criminalia peccata non commisisti, quoniam non solum iniquitates, verum etiam iustitias Dominus in fine iudicabit. Hec audiens non desperes, nec alicubi fugias nisi ad ipsum. Ipse enim frater et caro tua est, amans omnem penitentem et corde compunctum,³ propter
 35 quod si debilis es et ad multam penitentiam faciendam minime te sufficientem humiliter agnoscis, accede confidenter ad eum

¹ Ms. salvari

² Luc. xv⁷.

³ Ps. L¹⁹.

suppliciter exorans ut pro te respondeat, qui pro tua salute de
 Beata Virgine dignatus est incarnari et nasci. Insuper
 paupertates, necessitates innumeras ac diversas pro te sustinuit,
 scilicet in frigore et calore, in fame et siti, in falsis fratribus,¹
 5 in iniuriis, in infidiis et etiam fatigationes in discurrendo,
 contradictiones in predicando, blaffemias diversas egritudines
 curando, lacrimas in compatiendo, sanguineum sudorem prolixius
 in agonia orando. Similiter alapas, sputa, flagella, spineam
 coronam, irrisiones, illusiones, confusiones, (211a) ignominiam
 10 crucis, clavos, lanceam, acetum, mirram amaram et denique
 angustiam mortis: ista omnia et multa alia pro te benigne
 sustinuit, ideo nunquam desperes de peccatis sive de iniusticiis
 tuis, sed hec omnia, tanquam tua, quia pro te ab ipso miseri-
 corditer adimpleta, offer ei in penitentiam et emendam tue
 15 satisfactionis. In hiis sit totum refugium tuum et spes et fides
 tua, in quibus, ut te usque in finem conservet, assidue ipsum exora
 ut, cum ex hac luce anima tua migraverit, illo precioso sanguine
 pro te abundanter effuso ad plenum laveris et tanquam athleta
 20 contra inimicos tuos dimicatura circumquaque affluenter
 inungaris, ne hostis humani generis in te locum inveniat ubi
 suum venenosum dentem infigere possit. Instanter etiam
 deprecare ut predictas afflictiones passionum, tribulationum,
 infirmitatum et angustiarum per patientem et voluntariam
 25 tolerantiam ita queas imitari,² ut a passionibus et tormentis
 ac incendiis atque cruciatibus inferni in fine valeas liberari, et
 cum Christo sponso tuo in illa celesti requie et gloria sempiterna
 sine fine gaudere ac delectabiliter refoveri.

DE PATRIARCHIS ET PROPHETIS
 ET ORNATU VIRTUTUM.

CAPITULUM LII.

30 (211b) Ut autem ad illa beata gaudia in fine pervenias, ad
 beatum Iohannem baptistam et sanctos patriarchas ac prophetas
 super afflictos et indigentes pia viscera gestantes sollicite
 recurras: quos suppliciter exores ut pro te apud Deum in-
 cessanter intercedant ipsum deprecantes ut te in suo sancto
 35 servicio conservare et suis preciosis ferculis, id est corpore et
 sanguine ac eius sancta voluntate reficere, ac vestibus, id est
 virtutibus adornare dignetur. Voluntas enim Dei est preciosus

¹ 11 ad Cor. xi²⁶.

² The Irish version omits from imitari to devotione cordis infra, p. 87²⁸.

cibus anime fideli, unde ipse ait, "cibus meus est ut faciam voluntatem patris mei."¹ De corpore vero et sanguine suo ait, "caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus."² Similiter virtutes et bona opera sunt cuiuslicet anime fidelis
 5 preciosa ornamenta, propter quod requirenda est pura et munda castitas tam mentis quam corporis, vera humilitas et suavis voluntaria patientia et hylaris compatiens misericordia, et dulcis ardens et desiderans caritas tam Dei quam proximi, et cetera talia que ad ornatum pertinent anime Deum pie sitientis.
 10 Si autem in hiis acquirendis tibi voluerint patrocinari, credo quod cito merebuntur exaudiri et a largitore omnium bonorum sibi (212a) audient imperari, "cito proferte stolam primam,"³ id est puerilem innocentiam mundam et immaculatam, "et induite illam, et date anulum," id est fidem perseverantem, "in
 15 manu eius" que scilicet per dilectionem operetur, "et calciamenta in pedes eius," id est exempla passionum mearum, quibus munita sit ad vestigia mea secure imitandum, "et occidite vitulum saginatum," id est in ea penitus mortificare omnes petulantes ac luxuriosas cogitationes et immunda desideria
 20 carnalium voluptatum, "et epulemur" et iocundemur, "quia hec filia mea mortua erat et revixit, perierat et inventa est,"³ id est omnia que eam ad mortem eternam perducere, et a via veritatis abstrahere poterant perfecte dereliquit, et cuncta, que ipsam ad vitam eternam adducere, et in via iustitie confirmare
 25 potuerunt, incessanter studuit amplexari. O si tantum gaudium et leticium super conversione et ornatu tuo Deo et angelis eius inesse attente consideres, puto quod pre nimia iocunditate et devotione⁴ cordis exclamabis et dices, "in eternum non obliviscar miserationes istas, quia in ipsis vivificasti⁵ me, et
 30 ideo misericordias tuas Domine in eternum cantabo,"⁶ "quia miseri- (212b) -cordia tua magna est super me, et eruisti animam meam⁷ ex inferno inferiori."⁸ Si sic devote cogitando in te

¹ Ioan. iv³⁴.

² Ioan. vi⁵⁶.

³ Luc. xv^{22, 24}.

⁴ The Irish Version resumes here, having omitted from imitari, supra, p. 86²⁴.

⁵ Ps. cxviii⁹³.

⁶ Ps. lxxxviii².

⁷ Ms. omits meam

⁸ Ps. lxxxv¹³.

recognoscis beneficia Dei, necesse est ut in amorem ipsius abundantius accendaris.

DE APOSTOLIS ET CARITATE.

CAPITULUM LIII.

Ascende ergo ad beatos apostolos, scilicet Petrum, Paulum,
 5 Andream, Iacobum, Iohannem et omnes alios qui tam ardentem
 Christum dilexerunt quod, omnibus relictis, ei inseparabiliter
 adhererunt, et ideo in illo camino ardentis amoris Dei fideliter
 universi beata visione ipsius incessanter frui merentur, et eius
 ardenti caritate succensi, hos, inquam, deprecare ut saltem
 10 unam scintillam illius ardentis amoris eorum precibus valeas
 adipisci, per quam in dilectione tui creatoris accendaris,
 inflammeris¹ et abunde succendaris, ita quod tota liquefias et in
 ipsum totaliter infundaris. “A modica enim scintilla augetur
 ignis.”² Si non talis fueris omnibus rebus et actibus huius
 15 seculi te mortuam esse reputabis, propter quod sponsum tuum
 Iesum Christum toto corde, id est omnibus cogitationibus et
 meditationibus tuis, tota anima, id est omni affectione et
 devotione tua, et totis viribus, id est cunctis operibus tuis ardenti
 20 animo incessanter am- (213a) -plecteris. O si hoc in palato
 cordis sapis, hic suaviter et delectabiliter pausabis, atque a
 predilecto sponso tuo hunc tam ardentem amorem tota mentis
 intentione et affectione cordis tibi infundi supplicabis, de quo
 quanto plus receperis tanto amplius desiderabis. Hoc ergo
 habebis signum quod hunc tam beatum ignem accepisti, si
 25 nullis adversitatibus, prosperitatibus, infirmitatibus et tribula-
 tionibus obstantibus desideratur³ et incessanter eum querere
 studeas donec iterum invenire merearis. Inventio autem ipsius
 est cognitio beneficiorum eius: si ergo ipsum inveneris, utique
 cognosces et intelliges quanta bona tibi facit, quantum te diligit
 30 et dilexit, quam fidelis amicus tibi extitit, quia amore tui suum
 preciosissimum sanguinem in morte tam abundanter effudit.
 Hec recogita: in hiis versare: per hec in ipsum amorem tuum
 accende, et tanquam fruens, fervens et estuans ex medullis
 cordis tui clama et dicit, “amico fideli nulla est comparatio, nec
 35 est condigna ponderatio auri et argenti contra bonitatem fidei

¹ Ms. inflammaveris

² Ecclus. XI³⁴.

³ Ms. desiderantur

illius : qui invenit illum invenit thesaurum.”¹ Quia ergo invenisti ipsum, tene firmiter et pro nulla re a te repellas, sed dic, “inveni quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam.”² Bonum est te hic (213b) esse : hic delectare : hic iocundare :
 5 hic totum cor tuum effunde : hic habenas totius devotionis et affectionis tue mentis currere dimitte : sed si nunquam ab ipso discedere cupis, necesse est ut ad omnia perferenda perfecte patiens inveniaris.

DE MARTIRIBUS ET PATIENTIA.

CAPITULUM LIIII.

10 Recurre ergo ad beatos martires, scilicet Stephanum, Laurentium, Vincentium et omnes alios qui tam ardenti fide Christum amaverunt quod pro ipso exilia, carceres, feras, ignes, patibula et omnia alia diversorum tormentorum genera hylariter sustinere minime timuerunt ; hos itaque instanter exora, ut hanc
 15 tam ardentem fidem per dilectionem talia operantem tibi a Deo impetrare dignentur, per quam omnes tribulationes, adversitates, angustias, infirmitates, abiectioes, extremitates, vilitates, confusiones et cetera hiis similia a te ardenti animo et desideranti cupienti hylariter amplectantur, quoniam per hec
 20 vera via segura, recta, plana et regia invenitur, habetur et curritur, per quam ad eternam vitam securius, citius et velocius pervenitur. Hanc Christus tenendam esse verbo docuit, opere et exemplo demonstravit, quia in ea ambulando usque ad mortem perseveravit. (214a) Hanc, inquam, pulcram suavem et
 25 odoriferam fecit, quia ipsam proprio sanguine depinxit ac linivit, et lancea, corona, clavis ac spongia, tanquam floribus suave redolentibus delectabiliter respersit, in cuius cacumine sedens, pedes et manus ac latus cunctis per eam incedentibus amicabilem demonstrat, et ad se festinanter ac viriliter preparare incitat,
 30 provocat, admonet et invitat. Tu autem que in ipsa pedes tuos statuisti, et per eam ambulare cepisti, auxilium ipsius sedule implora et dic, “dulcissime Iesu trahe me post te in odore unguentorum tuorum³ currere, dummodo adiuves me.” Crede michi⁴ quia si hoc ardenti animo quesieris, statim ipsum in corae
 35 tuo senties adesse presentem atque dicentem tibi, “noli timere :

¹Ecclus. vi¹⁵.²Cant. iii⁴.³Cant. i³.⁴I.T. refers this to Bernard.

noli deficere,¹ sed confortare et viriliter age, quia tecum sum in omni tribulatione et adversitate." Ad cuius vocem tanquam bene confortata et abundanter adiuta, hylarata² mente tripudians et gaudens respondeas, "nunquam ergo michi desit tribulatio, nunquam cesset afflictio, nunquam absit abiectio, ut
 5 tu semper mecum sis, dulcissime Domine Iesu, sed qui cepisti, ipse me conteras et hec michi sit consolatio, ut afigens me (214b) dolore nunquam michi pareas. Non, inquam, michi pareas transitorie in hoc seculo, ut eternaliter pareas in futuro :
 10 quapropter verbera et flagella et percute sicut vis, quoniam ictus tui non sunt odientis inimici, sed piissimi patris et amici veraciter amantis, et idcirco non ledunt aut nocent aut gravant, sed mundant, purgant, sanant, vivificant et salvant, ' et secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes
 15 tue letificant animam meam,'³ ideoque dolores et afflictiones in me nunquam cessent augeri et multiplicari que tantis et tam iocundis consolationibus merentur letificari: unde apostolus, ' sicut abundant passiones Christi in nobis, sic et abundabit per ipsum consolatio nostra.'"⁴ Hec intelligens et in corde tuo diligenter revolvens, totam te in ipso iactes et ardenti desiderio mentis exclama dicens, " Domine sicut vis et sicut scis, miserere
 20 mei: et flagellare et castigare digneris." Si sic in hiis perseveraveris, in fine gaudens et leta cantabis, " transivi per ignem et aquam, et deduxisti me in refrigerium,⁵ et tenuisti manum dexteram meam, et in voluntate tua deduxisti me, et
 25 cum gloria suscepisti me."⁶ Ad quam gloriam si pervenire volueris, licet corporaliter (215a) consistas in terris, cum mente et desiderio habitare debes in celis.

30 DE CONFESSORIBUS ET HUMANITATE
 CHRISTI.

CAPITULUM LV.

Advoca ergo in auxilium tuum beatos confessores Martinum, Nicolaum, Benedictum, Bernardum et omnes alios, qui, licet in hac peregrinatione solo corpore, quod multiplici et abundanti angustia ac disciplina sive afflictione spiritus subiugaverunt

¹ Gen. xxvi²⁴.

² Ms. hylarita

³ Ps. xciii¹⁹: de Imit. Christ. III 50⁵⁻⁶.

⁴ II ad Cor I⁵.

⁵ Ps. Lxv¹².

⁶ Ps. Lxxii²¹.

fuerunt constituti, tamen cogitatione et aviditate in illa eterna
 premia sunt conversati, hos, inquam, supplex deprecare ut
 sicut illa gloria quam desideranter concupierunt et tam ardenti
 animo dilexerunt, modo tam beate perfruuntur, ita te apud
 5 Deum adiuvent ut corpus tuum tot miseriis, afflictionibus,
 infirmitatibus et angustiis affligatur, quod mens tua et
 desiderium ad illa celestia beneficia contemplanda incessanter
 subleventur. Et ut ordinem contemplationis perfecte custodias
 primitus ad gloriosos pedes humanitatis Christi, scilicet miseri-
 cordie et iudicii te humiliter et devote prosternas. Riga itaque
 10 eos cum beata Magdalena per singulos plorans, nunc quidem
 pedem sinistrum,¹ iudicium ipsius pro peccatis tuis pertimes-
 cendo, lacrimis compunctionis et contritionis lavans : nunc vero
 pedem dextrum de misericordia et (215b) spe indulgentie pie
 15 presumendo, lacrimis devotionis et congratulationis pro
 iustificatione tua rigans : lava, inquam eos, non ut mundentur,
 qui sunt mundissimi, sed ut tu per hoc munderis et misericorditer
 per indulgentiam ipsius iustificeris, quos cum incessanter laveris
 diligenter exterge capillis tuis : quod quidem fiet si de omnibus
 20 operibus bonis que agis, te ancillam inutilem semper reputes in
 cogitationibus tuis et tanquam detergendo a conspectu cordis
 tui ea pro nichilo ducas, quia veraciter pro nichilo debent haberi.
 Ipsos etiam dulciter osculare, id est pro bonis ipsius gratiarum
 actiones ei incessanter stude referre. Unguento quoque precioso
 25 eos ungere cures, quod fiet si omni pinguedine devotionis et
 interne affectionis demulcendo eis incessanter adheres, hiis
 beatis pedibus sine intermissione sis provoluta, quia que
 cothidie peccas semper indiges misericordia. Ad ipsius etiam
 manus preciosissimas sanguine repletas oportet ut velocius
 30 assurgas, quibus a cunctis sordibus pulveris diligenter
 detergearis,² et ab omni labe et inquinamento peccati studiose
 abluta decenter emunderis, atque omnium virtutum copia et
 plenitudine gratiarum, tanquam pulcre dealbata resplendens
 et (216a) fulgida abundanter implearis. Ipse enim " dilexit
 35 nos et lavit nos in sanguine suo a peccatis nostris,"³ et etiam
 dat omnibus affluenter et non properat tanquam predives et

¹ Bern. Serm. in Cant. III², Migne, P.L. CLXXXIII⁷⁹⁴ : op. cit. IV⁴, Migne, P.L. CLXXXIII⁷⁹⁸.

² Ms. detergaris

³ Apoc. I⁵.

curialis. Ne timeas ergo et ne verearis manus perforatas habet
 lotas guttis sanguinis: cito quidem tenent, ab eis extrahere
 poteris nisi nimis fueris negligens et infeliciter segnis. Si ergo
 hoc te accepisse vides, deprecare instanter ut ea in te multiplicet,
 5 augeat et conservet, quia sine ipso nichil facere potes.¹ Omnia
 enim opera nostra operatus est in nobis, propter quod has beatus
 manus assidue studeas osculari, quod quidem fiet si de omni
 mundatione tua et donis, que accepisti, semper gratias et
 gloriam ei referas, et tibi de hiis omnibus nichil unquam ascribas,
 10 dicens, "non michi Domine, non michi, sed nomini tuo da
 gloriam,"² "quia gratia tua sum id quod sum."³ Ergo si ad
 pedes indulgentiam et ad manus mundationem ac gratiam
 accepisti, accede iam ad vulnus lateris, ubi secure requiescere
 possis. Ipsum enim tibi propter quinque est apertum, id est
 15 ad confugiendum, comorandum, pausandum, contemplandum et
 convivandum. Primo itaque ut ad ipsum, tanquam⁴ ad petram
 concavatam, que est Christus (216b) confugas de omnibus
 angustiis et necessitatibus tuis, quia petra refugium est eriaciis,
 id est angustiatis spiais dolorum et necessitatum repletis. Tu
 20 ergo quecumque talis es ingredi in petram, abscondere fossa
 humo, scilicet Christi latere perforato, a facie furoris Domini,
 quia ibi tuta eris.⁵ Secundo: ut de omnibus laboribus
 fatigabilibus tuis in eo habitando deinceps requiescere possis,
 unde psalmista ait, "hec requies mea in seculum seculi, hic
 25 habitabo quoniam elegi eam."⁶ Tercio: ut de cetero nichil
 timeas aut formidas, in eo secure et pacifice pauses "et factus⁷
 est in pace enim locus eius,"⁸ et ideo dicas, "in pace. in id
 ipsum," scilicet latus apertum "dormiam et requiescam."⁹
 Quarto: ut amorem maximum tibi gratis exhibitum attente¹⁰ et
 30 diligenter contempleris, quia per hoc vulnus cor ipsius manifeste
 potest videri oculis cordis: "maiolem enim caritatem nemo

¹ Ioan. xv⁵.

² Ps. cxiii¹.

³ I ad Cor. xv¹⁰.

⁴ Guer. Abb. Sermon. in Dom. Palm. iv, Migne, P.L. clxxxv¹⁴⁰.

⁵ Isa. ii¹⁰: Ms. erit for eris

⁶ Ps. cxxxii¹.

⁷ Ms. factum

⁸ Ps. lxxv³. This was the text of the sermon preached on 28th August, 1171, to the congregation of St. Victor, by Thomas à Becket before his final return to England. Bonnard, *Histoire* 1²²⁶.

⁹ Ps. iv⁹: de Imitat. Christi iii § xv.

¹⁰ Ms. attende

habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis."¹ Et certe tu² dulcissime Iesu multo maiorem habuisti, ponens eam etiam et pro tuis inimicis. Quinto: ut diligenter consideres que tibi apponuntur ad convescendum, quia cor eius tibi apponitur in cibum, et sanguis (217a) in potum. O dulcissimus cibus! O gloriosissimus potus! comede ergo³ et bibe amica, et inebriare carissima. Appone itaque os tuum ad illud foramen gloriosum, ut pleno ore haurias hunc sanguinem preciosissimum, quo abundanter implearis et bene ac delectabiliter inebrieris.

10 DE EBRIETATE SPIRITUALI.⁴

CAPITULUM LVI.

Vere felix namque ad hoc preciosissimum dolium in tot locis pro salute omnium perforatum os cordis diligenter ac frequenter studuerit applicare, ut de hiis singulis foraminibus, vel altero eorum abundanter hauriendo sobria spiritali mereatur impleri
15 ebrietate. Si ergo ad illos beatos pedes suppliciter procumbendo se humiliter prostraverit, de foramine pedis sinistri timorem iudicii et horrorem inferni, id est vinum contritionis et compunctionis bibendo, de foramine pedis dextri fiduciam misericordie et spem indulgentie, id est vinum consolationis et recreationis potando, tanquam vino aqua mixto⁵ salubriter poterit inebriari. Quod si ad illas preciosissimas manus desideranter ascendendo se reverenter inclinaverit, de foramine manus sinistre detersionem pulverum et ablutionem sordium peccatorum, id est vinum dulcedinis (217b) et iocunditatis
25 ebibendo, de foramine autem manus dextre dona gratiarum et protectionem earum, id est vinum liberalitatis et fortitudinis hauriendo, tanquam calice vini meri pleno mixto de manibus Domini sibi propinato feliciter valebit ebriari. Denique si ad illud gloriosissimum foramen lateris ardentem accurrendo se
30 totaliter immerserit, de ipso securitatem cordis et tranquillitatem, id est vinum devotionis et contemplationis exhauriendo, tanquam preciosissimo clareto ex optimis et diversis speciebus ac pigmentis beatarum et ineffabilium illarum celestium visionum et revelationum divinitus confecto, delectabiliter et iocunde

¹ Ioan. xv¹³.² Ms. ut³ de Imitat. Christi IV § 4.⁴ Bern. Serm. in Cant. LXI, Migne, P.L. CLXXXIII¹⁰⁷⁰: Ruysbroek. Adornment of the Spiritual Marriage XIX.⁵ Epist. 'cum Martha circa' (an. 1202), Denz.-Bann. § 416

merebitur inebriari. O vere beata et merito veneranda, quae-
 cunque es illa anima que sic ad haec preciosissima foramina
 dulciter et abundanter bibendo incessanter inebriaris certe velis
 nolis, oportet ut ebrio carnali per omnia spiritualiter assimileris.
 5 Ebrius namque quandoque plorat, et tu lacrimis devotionis
 perfundaris. Ebrius gaudet, et tu gratanter in Domino
 iocunderis. Ebrius cantat, et tu iubilo cordis spiritualiter
 delecteris. Ebrius ridet, et tu risu celesti replearis. Ebrius
 se divitem putat, et tu divitiis (218a) supernis perfruaris. Ebrius
 10 frequenter in lutum cadit, et tu in consideratione celestium te
 in luto versari ingemisce, quamdiu in hoc corpore detineris.
 Ebrius sustinetur ne cadat, et tu super dilectum tuum innitaris.
 Ebrius ducitur ne erret, et tu spiritum sanctum sequaris.
 Ebrius nichil retinet, et tu tota in Deum proiicaris. Ebrius
 15 multum loquitur, et tu divina laude incessanter implearis.
 Ebrius extra se est, et tu tota in Deum perfundaris. Ebrius
 litigat, et tu contendas ut in veram gloriam ingrediaris. Ebrius
 nichil timet, et tu iacturam presentem non verearis. Ebrius
 quandoque non potest loqui, et tu feliciter celestibus repleta de
 20 terrenis elinguis efficiaris. Ebrius se potentem putat, et tu te
 reginam celi esse glorieris. Ebrius saltat et tripudiat et tu de
 virtute in virtutem salta, et iubilo mentis tripudia in iocunda
 contemplatione tui creatoris. Ebrius libenter dormit, et tu,
 25 sensibus corporis soporatis,¹ inter amplexus sponsi tui felici
 somno delectabiliter fovearis. Hiis autem omnibus multo
 amplius sapiendo et gustando valebis edoceri, quam scripto seu
 verbo possit innotescere vel effari.

DE VIRGINIBUS ET ESSENTIA DEI.

CAPITULUM LVII.

(218b) Beatis ergo virginibus te intentissime iungas, scilicet
 30 gloriose Marie Dei Genetrici, Marie Magdalene, Agathe, Agneti,
 Katherine et omnibus que sponsum suum tam ardentem
 dilexerunt et diligunt quod ab ipso nullatenus recedunt, sed
 eum sequuntur quocumque ierit, cantantes "canticum novum"²
 quod nemo alter cantandum accepit, has, inquam, supplex exora
 35 ut tibi suis meritis et precibus obtineant sic circa humanitatem
 eius meditari, quod cum ipsis ad contemplandam suam beatam
 divinitatem tota devotione mentis ascendere merearis, illam,

¹ Ms. soporatus² Apoc. v^o.

inquam gloriosam divinitatem in qua patri et spiritui sancto est co-eternus et consubstantialis quia ab eterno usque in eternum est Deus incommutabilis et "idem ipse est"¹ et "ego sum qui sum"² et "ipse est qui misit me."³ Audi attende³ et diligenter considera, quia qui fuit, aut qui erit, sive qui erat, vel qui futurus est, non dicitur, sed qui est,⁴ ac per hoc eius essentia utrobique predicatur: hic fige gressum mentis, hic totam intentionem et affectionem infunde tue devotionis, hic nichil omnino cogites, nisi quod est erit, id est semper existens incommutabilis et invariabilis.⁵ Quid autem hoc sit, vel quid sapiat multo melius te docebit tua intenta et affectuosa consideratio (219a) atque ipsius beata et omnium magistra unctio, quam mea eloquentia vel ad minus sufficiens scriptitatio. O si illam essentiam incommutabilem et invariabilem eternalem et semper duraturam tota devotione, prout prevalet, attendas et consideres, quomodo putas in eam totum spiritum, totam affectionem, totum desiderium et denique totam mentis tue aciem feliciter transfundes? Et huic autem cum sic infusa fueris, precor, si potes memento mei peccatoris. Deprecare etiam si placet cum aliis tuis supplicationibus ut qui tibi hanc fidem dedit, et in hac fide te educavit, in ipsa usque in finem illibatam conservare dignetur, ubi tunc ipsum non iam fide, sed facie ad faciem⁶ et in spem videbis, qui modo cunctis mortalibus est invisibilis, et licet a nemine mortali videatur, tamen omnia conspicit, cuncta intelligit, universa attendit, considerat et perscrutatur. Cum ergo aciem mentis intendis ad considerandam et contemplandam illam ineffabilem et individuam trinitatem, nunquam in ea cogites aut ymagineris aliquid corporeum vel ullam materiam corporalem, sed spiritum purissimum ceteris spiritibus longe incomparabiliter puriorem: recogita, inquam, eam omnia implentem, universa circumplectentem, benevolentem, inseparabilem, invisibilem et cuncta cernentem, incomprehen- (219b) -sibilem et omnia comprehendentem, immobilem et universa gubernantem.

¹ Ps. CI²⁸.

² Exod. III^{13, 14}.

³ read attente?

⁴ Bern. Serm. in Cant. XXXI § I Migne, P.L. CLXXXIII⁹⁴⁰.

⁵ Mal. III⁶: Iac. I¹⁷.

⁶ I ad Cor. XIII¹².

DE BENEFICIIS DIVINIS.

CAPITULUM LVIII.

Cum autem huic tam delectabili et beate contemplationi dulciter es intenta, affectuose recogitare debes beneficia divina multis modis abundantissime et pluries tibi collata. Primo :
 5 scilicet ipsius inestimabilem bonitatem nullius egentem et tamen omnia visibilia et invisibilia creantem. Non enim ea que sunt creavit ut eis indigeret, sed ut rationabiles creaturas, per suam ineffabilem bonitatem, beate visionis ipsius participes efficeret et capaces. In hoc ergo manifeste apparet quod nostram
 10 utilitatem, non suum commodum nos creando quesivit, ac per hoc se summum bonum esse demonstravit. Si enim nostri indignisset, nos creando tantam bonitatem quam nunc exhibuit non demonstrasset. Quomodo putas hec bonitas in se ipsa est incomprehensibilis, que tam ineffabilis est in creaturis? Que
 15 ergo inter tam dignas creaturas gloriam eternam et beatam Dei visionem percepturas, te creatam agnoscis, nunquam immemor fias tante bonitatis, sed ad gratiarum actiones referendas de die in diem renoveris. Secundo : si tanta bonitas est in tui (220a) creatione, quanto putas esse dinoscitur in recreatione? Ibi
 20 enim tantum dixit et facta es, hic autem fecit, mira inaudita sustinuit, indigna audivit ut recrearet. Quas autem gratiarum actiones referre ei valebis, qui tot tormenta et angustias pro salute tua dignatus est pati? Tercio : quanto bonitas fuit quod te inter Christianos et maxime de Christianis ipsum timentibus
 25 nasci voluit? Si enim inter paganos aut Iudeos nata esses, forsitan similis eis per omnia fuisses : ut ergo videre potes, hec non est parvi pendenda, sed cum magna veneratione amplectenda. Quarto : quia magna bonitas eius fuit, quod te in peccatis tuis tam patienter sustinuit, et ad penitentiam tam longanimitate
 30 expectavit. Quinto : quia a multis peccatis te liberavit, in quibus lapsa fuisses, nisi per bonitatem te conservasset. Sexto : quia peccata te odire fecit, et per suam bonitatem ad amorem suum attraxit. Septimo : quia ad omnia terrena relinquenda te inspiravit, et ad talem ordinem te adduxit per suam bonitatem.
 35 Octavo : quia per suam bonitatem in ordine te talem esse voluit, ut rebus temporalibus non multum onerareris. Nono : quia per suam bonitatem sufficientes gratias tibi dedit, per quas circa ipsum (220b) pacifice possis versari. Decimo : quia per suam bonitatem infirmitates et alia incommoda tibi contulit, per que

in nullo habes materiam superbiendi. Undecimo : quia si despiceris aut vilipenderis, magna bonitas eius est : gaude quia habes occasionem humiliandi. Crede michi quod istud tam magnum beneficium a quolibet Deum timente non inter minora
 5 sed maiora beneficia est reputandum. Huius autem tanti beneficii Deus per suam ineffabilem bonitatem me participem esse concessit : fui etenim aliquotiens alicuius potestatis aut nominis iuxta nomen magnorum, qui sunt in terris, nunc autem
 10 iusto Dei iudicio oblivioni datus sum, tanquam mortuus ad nichilum redactus atque omni humana consolatione fere destitutus. “ Omnes enim pene amici mei se elongaverunt a me et proximi mei et noti ac necessarii mei recesserunt a me, et tanquam alienum et ignotum habuerunt me.”¹ Prelatus meus
 15 fere solus michi remansit pro omnibus caris meis. Hec tibi scribo non quasi de aliquo conquerens, vel aliquem accusans, sed tanquam Deo pro huius beneficii largitate cotidie, sicut ipse novit, benedicens et laudans. Nemini enim istud merito est imputandum : homines namque et caro sunt, non ferrum² aut es sive aliud quodlibet metallum, (221a) et certe Deus, qui
 20 semper consolatur abiectos et humiles non despicit, sed contritos corde et afflictos semper pie consolatur, hoc quod in hominibus deest per suam bonitatem abundanter supplere et amplius quam ullus hominum possit me misericorditer confortare non dedignatur. Hec inquam tibi scribo, non ut in aliquo doleas
 25 aut movearis, sed ut si aliunde te videas haberi despectui vel ab aliqua carissimarum tuarum pro nichilo aut minimo reputari, tu in hoc de paupertate mea diteris : quod quidem fiet, si consideratione mei tu constans effecta ad patientiam animeris et bonitatem Dei salutem anime tue zelantem, atque ab amore
 30 ceterarum abstrahendo ad solius dilectionem, tanquam zelotes attrahentem tota devotione amplectaris. Maritus enim, qui sponsam suam ardentem zelatur, nullo modo potest pati ut alter loquendo, vel nuendo, aut iocando, sive aliquid tale faciendo ei participetur, sic Deus anime quam perfecte zelatur,
 35 ceteros subtrahit, ut solus a sola amplius diligatur. Quanto enim quis ad plures dividitur, tanto minus est ei cui totus esse tenetur. Si ergo sic ab alio despiceris, sponsum tuum

¹ Iob XIX¹⁵.² Ier. VI²⁸.

singulariter te zelantem dulcius amplectere, aliis omnibus relictis. (221b) Duodecimo: quia per suam bonitatem vita eterna tibi est preparata, si in presenti religiose fueris conversata. Has autem bonitates et hiis similes, quas tibi Dominus fecit et facit, sicut tu melius nosti incessanter ei regratiando in orationibus tuis recogitare teneris. Predictae autem et multae aliae quas tibi Dominus fecit et cotidie facit bonitates, si placet ad quatuor reducantur, scilicet creationem, recreationem, in peccatis conversationem et gloriam celestem. Ex hiis quatuor lectum suavem et delectabilem tibi componas, in quo dulciter et iocunde requiescas: quod si feceris de omnibus angustiis et necessitatibus, quas perferre potueris, nunquam murmurabis aut in aliquo contristaberis. Similiter de omnibus bonis operibus, quaecumque feceris, nunquam te extolles aut vane gloriaberis, nam si hoc facere volueris, illa pro bonis aut malis nunquam insurgant respiciendo ad pedes, id est creationem, vel ad dexteram, id est in peccatis conversationem, aut ad caput, id est gloriam celestem, necesse est ut statim, velut fumus evanescendo discedant. Quomodo enim de adversitatibus contristari, sive de prosperitatibus gloriari poteris, si ad has vel ad aliquam harum bonitatum diligenter aspexeris? (222a) Certe videbis quod nemo in presenti vita pro suo posse tantum possit facere aut sustinere ut ad eas condigne valeat respondere.

25 DE GRATIARUM ACTIONE ET DESIDERIO CELESTIS GLORIE. CAPITULUM LIX.

Igitur tot beneficiis diligenter et intente considerans, pre nimia admiratione tante bonitatis Dei ad gratiarum actiones devote referendas gratanter accenderis, et ideo velut parturiens totis medullis cordis desideranter exclamabis, "O Piissime Deus, quid retribuam tibi pro omnibus hiis et aliis innumeris beneficiis, que tam copiose, tam gloriose tam magnifice retribuisti et cotidie retribuisti michi? Domine responde pro me, quoniam ad hec non possum 'respondere unum pro mille.'¹ Ad tanta namque beneficia michi indigne et peccatrici tam abundanter collata, nullatenus sufficio condigne respondere, sed quod michi vel alicui homini est impossibile, tibi soli est possibile, cui subest cum volueris posse. O misericordissime²

¹ Iob IX³.

² Bern. Serm. de Div. xxii⁶, Migne, P.L. clxxxiii⁵⁹⁸.

Deus, non enim habeo nisi duo minuta, videlicet istud miserum corpus et animam, que merito tua sunt, quia abs te sunt. Tu ergo dulcissime Deus, ipsa¹ suscipere digneris, et eis (222b) utere semper tuis et vere tuis. Tu enim ea per ineffabilem
 5 bonitatem tuam, sicut dictum est, et iterato dicere placet, tam pie creasti, tam benigne recreasti, tam pacienter in peccatis sustinuisti, tam misericorditer ab eis subtraxisti, tam dulciter ad servicium tuum adduxisti, tam amicabiliter tue dilectioni astrinxisti et tam magnifice gloriam eternam eis preparasti,
 10 nunc ergo Domine Deus, adiuva me, quia sine te nichil sum, sine te nichil possum. Adiuva, inquam, me benignissime Deus, ea que tibi in me placent, et que tu ipse posuisti misericorditer conservando, que vero displicent et michi nocent, pie subtrahendo, que autem desunt, usque in finem benigne perficiendo.
 15 O dulcissima bonitas, per tuam ineffabilem bonitatem da michi intelligere et cognoscere has innumeras bonitates, tam beate et affluentem michi collatas, ut eis sic uti merear, quod proveniat ad gloriam et laudem tuam et ad anime mee salutem atque delictorum meorum indulgentiam, ac ad virtutum bonorum
 20 operum devotionis ac religionis augmentum et affluentiam. Da etiam michi tam pie et dulciter sentire de te, tam veraciter, tam integraliter et tam perfecte credere in te, ut de hac mortali vita et morte vitali in fine valeam (223a) pervenire ad te, ubi videam te, fruam te, iocunder in te, et delecter tecum sine fine,
 25 qui in trinitate inseparabili et unitate divinitatis 'vivis et regnas Deus per omnia secula seculorum.' Amen."

O quam dulce et delectabile est hic in consideratione et contemplatione tam ineffabilis trinitatis in unitate et unitatis in trinitate, tuum affectum, tue devotionis et intentionis ardenti
 30 mentis desiderio abundanter effundere ! O quam et iocundum et gloriosum est tibi aciem mentis paulisper reflectere ad illam ineffabilem felicitatem gloriose virginis Marie, et beatorum celestium spirituum, atque omnium sanctorum, quam habent in tam beata visione et eterna fruitione incomprehensibilis
 35 trinitatis in unitate ac unitatis in trinitate, atque eis congratulando et supplicando dicere, " O quam beati estis sancti Dei omnes, qui meruistis consortes fieri celestium virtutum et

¹ Read ista

perfrui eterne claritatis gloria! Ideoque precor ut memores
 mei intercedere dignemini pro me ad Dominum Deum nostrum,
 qui vos elegit et in tanta felicitate, iocunditate, suavitate,
 tranquillitate, securitate, requie, amenitate et denique in sua
 5 beata et ineffabili visione tam gloriose et feliciter sublimavit.
 Ipsum quoque instantissime dignemini exorare, ut me in fine
 huius vite miserabilis plene doloris, (223b) angustie et meroris,
 vobiscum in illa felici requie dignetur collocare, ut una vobiscum
 eum sine fine valeam laudare, benedicere et glorificare. ' Beati
 10 enim qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum
 laudabunt te.'¹ O quam dulcis et delectabilis est illa gloria
 in cuius comparatione cuncta huius vite excogitabilia, con-
 cupiscibilia, desiderabilia, amabilia, delectabilia et visibilia non
 sunt sancte anime ipsa contemplanti nisi quedam tormenta,
 15 dolore, angustia et merore plena vel onerosa, ponderosa, gravia,
 deprimentia, tediosa, fastidiosa et acidiosa! O si tam beata
 est illa gloria, illa laus, illa felicitas misericordie in lacrimarum
 recordatione in desideriorum recogitatione, affectionum devo-
 tione, quanta putas erit in perventione visionis et fruitione?
 20 Que lingua sufficiat hoc enarrare, sive que aures audire, vel
 quod cor excogitare? O beata trinitas, da michi hoc dulciter
 sentire: da michi hoc delectabiliter sapere, et si non digna aut
 merita, tamen id facias ineffabili bonitate et superexcellenti
 25 caritate.² Digneris, inquam, piissime Deus hec facere, ut hic te
 dulcius amplectar, tibi ardentius astringar et in fine in illa
 celesti gloria et beata visione (224a) sine fine mansura, fruitioni
 tue ferventius et perfectius coniungar, te prestante qui es super
 omnia Deus benedictus in secula. Amen."

Hec³ intente meditari dixi sapientiam perfectam. In hiis
 30 studiose conversari dixi sapientiam consummatam. Hec cotidie
 devote recogitare dixi prudentiam salutiferam. In hiis assidue
 delectari credo consistere vitam sempiternam. Hec ergo opto
 ut semper mediteris. In hiis cupio ut instanter verseris. In
 hiis desidero ut feliciter delecteris. Hec fideliter consulo ut
 35 usque in finem incessanter amplecteris, et ut, quod tibi opto
 ambo pariter assequamur, omnium bonorum largitorem Deum

¹ Ps. LXXXIII⁵.

² Ms. caritate te

³ Bern. Serm. in Cant. XLVII⁸, Migne, P.L. CLXXXIII¹⁰¹¹.

insimul oremus. Deus¹ cuius misericordie non est numerus, adesto nobis miseris misericordiam tuam pie poscentibus ut sicut beate Marie Magdalene lacrimabiliter pedes tuos osculanti universa delicta seu peccata remisisti, itaque omnibus iniquitati-

5 bus nostris misericorditer dimissis, in tua nos iugiter dilectione conservare digneris, qui vivis et regnas cum Deo patre in unitate spiritus sancti Deus per omnia secula seculorum. Amen.

¹The Irish version refers this to Bernard.

FINIS.

Si honores prelatorum desideramus, labores consideremus, quos si cognovissemus (224b) honores non appeteremus. Quidem monachus Clarevallensis electus fuit in episcopatum, quo renuente suscipere, nec ad imperium abbatis, nec ad preceptum summi pontificis voluit acceptare. Non multo post defunctus cuidam familiari suo apparuit: requisitus de inobedientia illa, si ei nocuisset, respondit "non," et dixit, "si episcopatum suscepissem, eternaliter dampnatus essem," subiunxitque verbum terribile, "ad hoc iam devenit status ecclesie ut non sit digna regi a reprobis prelatiis."¹

Augustinus. Sicut non inveni meliores illis qui monasterio perfecerunt, sic non inveni deteriores illis qui monasterio defecerunt.²

Ieronimus. Si videas monachum vel sacerdotem de minimo disputantem, mercatorem potius quam monachum intellige.³
 Explicit. Explicit. Deo Gratias.

Iste liber est Sancti Victoris Parisiensis, quicumque eum, etc.

¹ Pet. Cant., Verb. Abb. LIV, Migne, P.L. ccv¹⁶⁸. The story is told of Geoffroi de Peronne, Prior of Clairvaux who was elected Bishop of Tournay and urged by St. Bernard and Eugenius III to accept the position.

² Aug. Epist. Class II No. LXXVIII § 9, Migne, P.L. xxxiii²⁷².

³ Hier. Epist. LVIII § 6, Migne, P.L. xxii⁵⁸⁴.

INSTRUCTIO
PIE VIVENDI
et
SUPERNA MEDITANDI.

IRISH VERSION
FROM
BRITISH MUSEUM, MS. ADD. 11809.

Instructio Pie Vivendi et Superna Meditandi.

- (40a1) Do sdaid agus d'eisiomlair in chuirp amuich
Dona cethri síthaibh dligheas in duine
- 5 Do ghradh na námhad
Do cheithri labharthaibh Dhia
Do cheithri fechsanaibh in duine
Don t-shilleadh
Don eisteacht
- 10 Don bholtanughadh
Don labhairt cono in duine
¹Dona tri seirbhisibh dligheas
Don bhreithemhnas nach indenta
Don tost
- 15 Don chraes
Don druis
Don taghall
D'aibid in chuirp
Do choimhéad in chroidhe
- 20 Don dimus
Don ghlóir² dhimhain
Don tnuth
Don inmhe
Don t-shaint
- 25 (40a2) Don fheirg
Don fhuath
Don toirrsi
Don leisgi
Don mhi-dhóchas
- 30 Don aithis do-bherar do Dhia : do³-thuicsin reimh-fhighrach
Chrisd

¹ Misplaced—should follow line 5.

² Ms. ghlor

³ Ms. gives this as a new heading.

- Dona faidhibh agus¹ do Chrisd
 D'fhiadhnaibh Chrisd
 Do bhriathraibh Chrisd
 D'oibrighthibh Chrisd
- 5 Do bhunait Chrisd agus² dona³ tri baramhlaibh
 Do shecht sacraimintibh na h-eaglaisi
 Don phurgadóir
 Don eiseirghi
 Do lá na breithi
- 10 Do phianaibh ifrinn
 Don chonach shuthain
 Do radh in chreidimh
 Do thech na h-urnaighthi
 Don chlaustra
- 15 Don chaibidil
 Don phroinntigh
 Don choidilthigh
 Don t-shaethar
 Do dhul na sligheadh
- 20 Don tighghalair
 Mar dhleaghaidh na naeimh d'iarraidh
 Don Oigh Bheannuighthe agus don fhaisidi
 Dona h-ainglibh naemhdha agus do chesadh Chrisd
 Dona h-uasal-aithribh agus dona faidhibh agus d'édaighibh
- 25 na suailci⁴
 Dona h-apstolaibh agus don ghradh
 Dona mairtiribh agus don fhoighide
 Dona confisoribh agus do dhaenacht Chrisd
 Don mheiscdi spioradalta
- 30 Dona h-oghaibh agus do bhunadas Chrisd⁵
 Dona tinnluicthibh dhiadha
 Do bhuidhechas agus do mhiangas in ghrasa neamhdha.

¹ Delete agus.

² Ms. omits : instead of Chrisd, read Dhia, cf. p. 174 infra.

³ Ms. gives as a new heading.

⁴ Ms. suailchi

⁵ Or read Dhia, cf. p. 220¹⁴ infra.

(4021,18) Quoniam in felici capcione Domini sum reclusus
 .i. o 'taim a mbraighdinus nemhchonaich¹ mu Thighearna, agus
 nach féadmaid labhairt re chéile, do ullmhaighis duitsi slainti
 shocamhail is tarbhaighi na beith ar aon lathair duinn. Uair
 5 da mbeith uair ann budh ched duinn beith fare chéile, dobudh
 annumh in uair sin agus do bheith si ni budh ghirra na mar
 bhudh mhian lind, corob aire sin do scriobhas in tegasc cumair
 tarbhach so duit do bhreith do bheathadh co trocaireach ass
 agus ag smuainedh na neithedh n-ard. Laibheorad co cumair
 10 trit in tegasc so ritt, gach uair bhus toil agus bhus mian let.
 Da fechair in tegasc so co glice, do ghebhair ann mar do bhair
 do bhetha as co sidhchanta agus co h-umhal, seirbhiseach,
 egnaidh agus fétfair do bhesa do chruthughadh co sgiamhach
 agus do cheadfadha astigh agus amuigh do choimhéad (4022,22)
 15 co h-egnaidh agus in creidimh kathóilica do choimhéad co
 daingin agus bidh fein glic in gach inad sa mbeir agus iarr²
 na naeimh agus na spiorad neamhdha gu dingmhala agus smuain
 premla agus substaint na diadhachta maille re gairdiughadh
 agus buidhechas gnaith do bheith agad tinnluicthibh agus
 20 an conach neamhdha do shanntachadh co lasamhain. Agus
 mar shásfaidtear thu an comhradh spioradalta so, na h-iarr²
 misi do bheith ar lathair ni is mo, or ni fheadaimsi labhairt
 ni is ferr agus ni is brioghmhaire na in comhradh so dodt
 athnuidhicheadh do shir a ngradh agus a cengal t'flir phosta
 25 ghradhaigh ro-mhilis fein. Corob aire sin guidhim co cobhsaidh
 anois tu co freagair me co gníomhach is na neithibh so agus
 adubhruis co minic gur mhian let mo chomhradhsa, o 'taim
 ag tabhairt do mhiana duid anois.³

Do sdaid agus d'eisiomlair in chuirp amuich.

30 DE EXTERIORI CONVERSIONE⁴ .i. DO SDAID AGUS
 D'EISIOMLAIR IN CHUIRP AMUICH labhras in chaibidil so.

Audi filia⁵ et vide et inclina aurem tuam et obliviscere⁶

¹ Delete nemh : the translator read in infelici.

² Ms. iar

³ Ms. adds Uillaim qui sgribsit, i.e. the scribe's signature.

⁴ The reading conversatione has been suggested, but in Med. Lat. the classical conversio and conversatio fell together in meaning : the reading of the Ms. is quite definite.

⁵ Ms. fili

⁶ Ms. oblivicere

populum tuum (40b1) et domum patris tui et concupiscet rex
 decorem tuum .i. eist¹ a inghean, agus fech agus claen do chluas
 agus dearmuid do phopal agus tech th'athar agus sainndeoचाigh
 in ri do mhaisi. Is e do fhreagra cor choimhlinais na briathra
 5 so. Adubhairt an inghean, do eisdeas² ac tabhairt umhla do
 thegasc na slainti, agus agum ullmhughadh fein do dheanamh
 neith mhaith. Do chonncas damh fos gach ni talmhanda do
 bheith brisc folamh diomhain agus do fhágbhas iad agus do
 chuadhas a n-ord agus do chlaechluigheas mh'édach a n-aibid.
 10 Do chlaenas mu chluas chum na h-umhla, agum chur fein fana
 prelaidibh. Do dhearmudas mu phobul agus tech mh'athar
 agus do threigis mu thir agus mo thuistidhi agus nu ghael aga cur
 a ndimbrigh ar Dhia. Cad ta agum anois acht beith am inghin
 ag Dia, agus Rí na righ do t-shanntachadh mu mhaisi? Ataimsi
 15 agad fhreagra, ar Bernard, or is iad sin comharthadha agus
 taisgelta na h-eisiomlara amach, agus is beac iad no ni fhoghnaid,
 muna dearnair athnuaidheachadh spioradalta ort fein astigh
 do ghnimh agus do bhésaibh. Gurob amhlaidh sin shaindteochas
 in Rí is glormhaire foirm naid clanna na ndaine an mhaisi
 20 luachmhor so co firindeach, ionnas gumadh h-inairmhe tusa
 idir a chlaind.

Dona ceithri sithaibh dligheas in duine sunda.

DE QUADRUPLICI³ PACE .i. DONA CEITHRI SIDHCHANUIBH
 ann so.

25 Or is h-eigin duit, madh áil let inghean Dia do radh rit, ceithri
 sídha do bheith agud, mar ata, sidh Dhia ar tus agus sidh do
 phrelaidedh post agus sídh do chomharsan agus do shídh fein.
 Is h-eigin duit do shídh re Dia⁴ o thri modhaibh .i. na peacaigh
 d'fhagbhail ar tus agus oibrighthi mhaithi do dheanumh co
 30 fearamhail agus beith marthanach fuirechair inntu, amhail
 adeir in salm, declina a malo et fac bonum et inhabita in seculum
 seculi .i. sechain in t-olc agus dena in mhaith, iondas co
 n-aitreabhtha⁵ in talamh marthanach tre t-shaeghal na
 saeghal nach eidir do aitreabhadh acht tre luaidhigheacht in
 35 oibrightheth mhaith agus tre foirfeacht na subhailci. Gurob

¹ Ms. est

² Ms. esdeas

³ Ms. quatruplici

⁴ Read d'fhagbhail after Dia?

⁵ Ms. aitreabhtha

aire sin adeir Ysayas in t-olc do sgur agus in mhaith do dheanumh do chaithimh maitheasa in talmhan ar bord chonaigh na gloire suthaine. Maseadh is h-eigin gach uili locht do sgris dh'athnuaidh-eachadh shídhha Dhia agus beith (40b2) marthanach co crich deighinaigh do bhethadh a n-aithrighi foirfi do pheachaigh. Is do 5 lucht an t-shídhha so tairgeas Dia a shídh ghrasamhail fein in tan adeir, pax vobis .i. sith maille ribh, a dhaine, do fhagaibh in peacadh a rabhabhar cosin trath so dealaighthi¹ mar dhainibh choinel-baiti. Pacem meam do² vobis .i. tinnluicim mu shith 10 dhileas daibh, a dhaine, do thinnscaim in mhaith agus anas innti, or is trid in sith so beithi ar bhur³ furtacht co milis o inutinn shoineannda do dheanumh na neitheth is ferr. Pacem relinquo vobis .i. fagbhuim mu shith ag na dainibh ata foirfi is na h-oibrighthibh mhaithi, agus is trid so do ghebbhad in 15 t-shith shuthain tre n-aitreabhaid flaitheamhnas Dhia. Is follas as na briathraibh so mar do nithear sídhchain in anma naemhtha re Dia. Agus don⁴ neach so adeir taircthear an comartha síthchánda so : na daine thinnsghnas in mhaith do dheanumh, do-bherar in sith so mar fhurtacht doibh : na daine 20 anas co marthanach anns an⁵ maith, do-bherar in sith so doibh do ghnath. Corob aire sin adeir, madh⁶ áil let do línadh don t-shith, seachain uili na peacaigh agus bi co marthanach co nuici an chrich ndeighinaigh is in maith madh ail let toil do Chruthaidheora fein do dhenumh. Agus da ndearnair so, beir 25 maille re Dia co milis a síth chonaich agus a ciunas indtinne. Agus bith sith mharthanach agud red phrelaidibh agus na len a ngniomhartha, agus na h-eisd co h-urusa a mi-bhésa agus na sgrúd a ndroch slighthe agus na tathair a n-oibrighthi. Ma maith a mbesa, loigh co h-umhal fona smacht agus bi co 30 duthrachtach ina n-aithintibh, agus na h-eirigh⁷ ina n-aghaidh ar eglá truaillighthi in t-shítha agus co racha a n-aghaidh Dia mar ainegnaidhe, os ann fhreamhaigheas na h-uile chumhacht⁸ or ge dearndais seachran co minic, is cóir a saeradha ar an

